



GEORGIUS SIRIMIENSIS
EPISTOLA DE PERDICIONE
REGNI HUNGARORUM

Pr.

Ego Georgius Sirimiensis capellanus Ludovici regis et Ioan-¹
nis in regione Budensi plus quam viginti annis residenciam ha-
bui. Nunc quidem intendo aliquam epistolam exarare de perdi-
cione regni Hungarorum secundum posse meo. Ergo intende in²
adiutorium meum cum gracia, Deus altissime, ad intellectum in-
tencionis mei ad aliquam istoriam precipue de princibus ac de
prelatis Hungarorum, per qua dulcis patria me genuerat, de qua
die noctuque lamentabor, quoniam ab infancia mea sepe interdum
divinabam perdicionem patrie mei predicti coram regibus et prin-
cibus, demum inter nobiles et ignobiles. Eciam me delirum agi-³
tabant simul coetaneis meis vaticinibus, de quibus post hec infra
scripturis intelliget vestra dileccio etcet.

1. capitulum. Anno D. 1484. tempore regis Mathie. Et¹
habebat fratrem unum, id est, avnculum nomine Michaellem Zi-
lagi. Iste vir erat strenuus et duos germanos, videlicet, Ma-
thiam et Ladislaum Hunyad, qui erant filii Ioannis waywode de
Hunad. Et cum matre eorum frater nominabatur Michael Scilagi.²
Et tenebat famosissimam arcem Nandoralbam. Et iuvenem tenebat
Mathiam Corvinum rex Bohemorum in arce Praga. Et rex eodem
tempore quidam Ladislaus Alemanorum genere tenebat governa-
culum regnum Hungarie.

Qui palatinus Nicolaus de Zerem Wilak constituebat eum in³
regem predictum Ladislaum cum suis partibus. Iste Ladislaus ha-
bebat unum fratrem Alemanum nomine Cyllingh ispan et ductus
erat in simul cum eo ad Hungariam. Iste Nicolaus palatinus in⁴
una congregacione Hungari elegerunt in banatum officilem ad Nan-
doralbam arcem, ut fideliter ageret contra Izmaeliticos, et iuxta so-
cium Ladislaum Hunyad, quod iam invicem gubernarent arcem
predictam Nandoralbam. Sed palatinus Nicolaus nequaquam vole-⁵
bat Ladislaum Huniad. Michael Scilagi erat astutus et strenuus, ne
penitus foret solus iste Cyllingh ispan possidere arcem nobilissi-
mam, quia metuebant a Germanis et ab Agarena gente. Michael qui-
dem discesserat ad domum Transilwaniam.

Capitulum 2. Quomodo dissensionem habu-
 erunt inter se magnam ad mortem. Quamquam prius
 Michael Scilagi germanum suum Ladislaum in arce Alba valde
 consulebat et animabat, studiose ageret et vigilaret ac sobrius es-
 set, ut ne esset delusus. Et famosissimos fortes milites Hungaros
 Sciticos segregaverat ad arcem ianue Nandoralbe, intus et extra ad
 duas portas collocaverat milites et quilibet pollicitus cum iura-
 mento foret fidelis. Cyllingh ispan Alemanus cumque vidisset Hun-
 garos, quod primi essent et ipse cum comitiva sua esset summa,
 in mense Iulii in die Martis in palacio versus Hungariam, ubi in-
 terdum sepe solebat prandium et cenam „az vizwarfelw“, in se
 elbusula, quod non imperaret Hungaris et clavem ianue non rege-
 ret. In se decrevit, quod Ladislaum Hunyad interficeret. Fecit in-
 vitare predictum Ladislaum ad palacium ad aliqua verba. Cum
 spatario suo ivit ad eum et mox protulit unum taxillum ad lu-
 dendum. In ludo sepiissime Ladislaus Hungarus Alemanum pre-
 valebat in ludo. Mox inflatus fuit Cyllingh ispan in stomacho suo
 superbie. Et erat vir fortis magnus in statura sua. Et ostium pa-
 lacium erat nimis repagulatum nec extra nec intro quilibet potuit
 ingredi et egredi. Mox Alemanus ewaginavit bicellum suum
 rotundum more Germanorum. Fortiter cum totis viribus suis Ale-
 manus persequeretur in palacio de angulo ad angulum istum La-
 dislaum Hungarum. Et una statua erat in medio palacii de ligno
 fabricata. Iam ambo illam circum currebant, quilibet pro se in de-
 fensionem habebat et illam statuam cum bicello vulnerata erat.
 Tandem Ladislaus Vaydafia iam desistebat, quoniam bicellus ip-
 sius brevis et sepiissime pro defensione sua capitis contra Germa-
 num inacuta erat, id est, chorba wala. Postea una mensa erat de
 ligno fabricata. Ladislaus Waydafia veluti clipeum obposito pone-
 bat pro defensione capitis sui. Et vidi statuam et mensam vulnera-
 tam. Postremum parvulus audiebat extra ante ostium, quod do-
 minus suus Ladislaus Waydafia iam deum clamabat in adiuto-
 rium suum. Mox parvulus Ladislai fugit ad interianuas satrapis.
 Et erat centurio nomine Nagh Simon Hungarus. Sitote, dixit par-
 vulus, quia statim dominum interficiet Cyllingh span. Iam est una
 hora, quod pugillum habent inter se. Audientes millites Hunga-
 rorum statim ad ostium occurrerunt. Interim non potuerunt in-
 trare. Statim trabem velociter portantes et hostium difficile intro
 truderunt. Et illico capientes Germanum per timpum a tergore ip-
 sius caput amputaverunt. Et sanguis in palacio super pavimentum
 fluxerat. Et in hodiernum diem sanguis in signo est, quod ego
 vidi Georgius posthac per multos annos. Et caput per fenestram
 de palacio versus Hungariam iecerunt ad Vizwar. Hoc erat in
 mense Augusti die Martis. Et clementes suos Alemanni quos inter-
 emerunt maturos, idoneos quidem pepercerunt et sic.

Capitulum tertium. Quomodo Ladislaus Wai-
 dafia rursus et capite privatus erat etcet. Audi-
 vit rex Ladislaus Germanus Bude, quod frater ipsius male finisset
 vitam horrenda. Mox, quantum potuit, exercitum movit et celeri-
 ter infra Nandoralbam concursus habet. Sed antequam precedebat
 Michael Scilagi fratrem suum in Nandoralba Ladislaus Hunad cum
 magno exercitu et regem Ladislaum Germanum non permiserunt
 ad arcem Nandoralbam, quia propter mortem fratrem suum regis
 metuebant. Rex spondit, quod de morte fratri sui nullam vin-
 dictam haberet. Et regem miserunt ad arcem et caput cum cor-
 pore rex condidit honorifice idem in civitate Nandoralba apud mo-
 nachos sancti Francisci.

Post hec consilium inierunt Hungari magnates, quod regem
 deberent interficere. Rex audiens hoc tremuit, iuramentum fecit su-
 per crucem, quod nunquam recordaretur de morte fratris sui. Vi-
 derunt magnates Hungarorum, quod liberi arbitrio rex fidem suam
 proposuisset. Confidebant ei. Michael Scilagi nullo modo consen-
 ciebat regi, sed potius germano suo Ladislao, ut interficiamus re-
 gem, quia mortem pro morte perpeusus eris. Dixit Ladislaus Hun-
 nyad avnculo suo: Ego credo in fide ipsius, quod non recorde-
 tur de morte fratris sui. Rex Ladislaus Germanus supplicavit La-
 dislao Hunyad, ut cum fratre suo exploraret in via ad Budam.
 Prebuit sensum Ladislaus cum fratre suo. Cumque iter arripissent,
 ad Zalonkemen dixit Michael Scilagi Ladislao germano: Mihi non
 bene constat neque videtur, ut tu sequeris regem ad Budam. Et-
 enim te, germane, valde timeo. Sed interficiamus regem, quoniam
 tu non ewadebis mortem. Interdixit vadum per Danubium flui. Rex
 tremefactus est illico, fecit extra portare ewcharistiam, secundario
 iuramentum fecit. Et permiserunt regem citra Danubium remigare
 ad arcem Tituliensem in monte. Rex non multum pausavit, sed
 per campum latum celeriter currens venit ad Zeghed. Ibi rex per-
 noctavit. Mane concilium fecerat rex coram iudicibus et senioribus,
 quod de morte fratris sui non recordaretur. Posthac venerunt ad
 opidum Kechkemet.

Quidem intervallo temporis eodem tempore erat magnus do-
 minus Nicolaus waywoda de Zerem Uillak et erat palatinus regni
 Hungarie. Quod audisset tam horribilem rumorem inter regem et
 inter Michaellem Zilagy, mox cum caterva sua super Danubium
 remigasset versus Budam quasi clam et festinanter. Quamobrem
 regem Ladislaum ipse creaverant cum suis paribus et tenebat cum
 rege firmiter, sed cum Michaele Zilagi semper disturbium habe-
 bant invicem.

Quod sensisset Michael Zilagi esse residentem iam palati-
 num Bude, tremuit valde. Dixit germano Ladislao: Palatinus re-
 sidens iam Bude, timeo te, quia valde est contra nos. Ideo bo-
 num est interficere regem, quoniam palatinus iudicat, non rex.
 Quod hoc sensisset, in opidulo Kechkemet fecit Ziario ewcaristi-

am de ecclesia extra portare, rursum iuramentum, quod de morte fratris sui inmemor foret. Ladislaus credidit, Michael Zilagi non, quia valde astutus erat. Ipse Michael predictus versit se cum caetera sua ad Velagoswar de opidulo Kechkemet, Ladislaum quidem germanum misit cum rege.

Cum aporinquassent ad Pesth Zenthfalwa, fecit palatinus clamare, ut quilibet comitivam suam relinqueret in Pesth, quia hospiciam Budensium palatinus occupasset. Et sic factum est. Rex ad Budam cicius renigavit, magnates quilibet cum cubicularibus tantum, Ladislaus Waydafia admodum.

In hospicio cum iam resideret secundo die, dixit hospita ad Ladislaum Hunyad: Filius domini mei, dico tibi veritatem, privatus eris a capite tuo. Ipse quidem risit. Dionisius iudex Budensis eodem tempore renuciaverat ei clam, ut exiret de Buda tempestive, quia invidus Nicolaus wayvoda exterminasset cum paribus suis, ut nequaquam ewaderet mortem, tantum capite privatur. Illico iudici mandavit palatinus cum authoritate regia et sub capite privato, ut statim hostia Budensia, quot sunt, coacte sint repagulati et sit sub custodia Ladislaus Waydafia. Quod iam sensisset Waydafia, quod non esset ad trufandum, quare erat vir levis et fortis, cucurrit ad ianuam Logod. Invenerat valde repagulatam. Cucurrit interim ad ianuam sancti Ioannis Baptiste et ibi invenit reclusam fortiter. Tercio cucurrit ad ianuam Zombathel et ibi invenit ianuam obturatam. Quarto cucurrit ad cimiterium ianue. Et erat et bestia pulsatur velociter reclusit ostium, quia potuisset ewadere iste Ladislaus. Et sic delusus est.

Post hec sub mandato palatini, quoniam cum authoritate regie maiestatis, attamen rex bene iuramentum fecerat, fidem suam observavit, quod non memoratur de morte fratris sui, sed contra iusticiam Dei non dixit esse inmemor et contra iudicem palatinum regni Hungarie non contradixisset, nem feleth. Et iam captus erat per iudicem Budensem Ladislaus Waydafia. Attamen iudex Dionisius memorabat sibi priusquam, quia non presumebant ipsum capere propter awnculum suum Michaelem Zilagi et propter fratrem suum Mathiam Waidafia, qui erat apud regem Bohemie, quia de futuro tempore cogitabant rursum perniciem super eos.

Et tortores Budenses vinctum aduxerunt ad theatrum sancti Georgi martiris. Tam vir excellentissimus erat, quia filius gubernatoris erat et nepus Sigismundi erat. Et habebat crispas crines ad modum Absolon et parvum aureum crucem in comam capitis recicuerat. Et palatinus subito precepit, ut ne elongabitur vita sua, sed breviatur. Mox tortor Budensium ictum fecit cum gladio. In primis innocuus permansit. Secundo et Tercio sine lesione permansit. Iste strenuus vir erexit illico de terra, voce magna dixit: Audiamus decretum nostrum Hungarie: Quod si ter ictum tortoris potest subferre aliquis ad puniendum capitis, sua fortuna iam liberatus est. Dixit palatinus Nicolaus: Tociens, quociens ictum habeat a tortore, donec caput a corpore abscissa sit. Quod audivit

Ladislauſ Waidafia, crucem de coma ſua ſolus accepit et ad manus tortoris et tortor ad manum iudicis. Et flexis genibus ter clamavit Iheſum. Et in primo ictu dedit caſum caput. Et corpus ſepelitur cum capite apud ſanctum Ioannem in claſtro monachorum Cheri et ſic.

Capitulum quartum. Quomodo rex idem Ladislaus Alemanus finvit vitam ſuam etcet. Semper triſtabatur Michael de morte fratris ſui Ladislai Hunyad in ſe, non eminebat aliis. Et tenebat adhuc arcem Nandoralbam et ſingulatim animabat et conſulebat magnates Hungaros, ut rex Ladislaus ne in vanum reſideret Budam, et dicebat: Quoniam magnum hoſtem habemus Tartarum ceſarem, ut rex faceret congregacionem inter Hungaros et ſua maieſtas moveret exercitum. Et Hungari magnates adhererunt conſilio Michaelis Zilagi. Et ſcripſit epistoſas ad omnem comitatum, ut quam peroptime prepararet ſeſe quilibet contra etnicos. Et Michael Zilagi gaudens utique prepararet ſe quam peroptime ad bellicandum cum armis bellicis vario modo. Et rex ſimiliter Ladislaus Germanus. Et vadum ſuper fluium Danubi, videlicet, Tiderew. Fecit rex caſtorem ſuum iuxta Gubach infra Peſth et per campum latum uſque ad vadum Tiderew. Michael Zilagi quidem cum ſtrenuus militibus Hungarorum tenebat vadum regi fideliter, cumque rex intraverat ad carinam, mox Michael cum ſuis paribus regem in carina obumbravit et, cum in medio flui Danubio repente regem Ladislaum capientes, ad collum ſaxum magnum aplicantes et in aquam ſubmerſerunt. Et regi theſaurum cum cubicularibus cum exercitu magno ad arcem Nandoralbam deduxit et regnum Racionorum circuit uſque ad provinciam Branchossagh. Turcos officiales ubi potuit invenire, depredavit et cum maxima depredacione venit felix ad arcem Nandoralbam. Et famam de rege mortem foret in regno Turcie. Et Hungari nil tremebant de morte rege Germani. Et ſic finvit vitam ſuam rex, quia par paribus aſimilatur. Exemplum nigredo et albedo differ ab alio, ita et gentes inter ſe non concordantur etcet.

Iam poſt mortem Ladislai regis Alemani quomodo Mathiam Vaidafiam in regem ſtatuerrunt Hungari. Michael Zilagi valde gubernabat in confinibus arcis, videlicet, Nandoralbam et Themeswar, et Budam arcem occupaverat. Quod iam Hungari ſine rege vacarent, iſte Michael ſtatim cum favencia ſua minis magnates et barrones omn. muneribus ſub ſe declinare fecit. Precipue iſtum magnum principem Nicolaum palatinum de Zerem Wilak cum maxima adulatione ac cum donis variis ſubiugavit libitum ſuum ad ſuam voluntatem, quatinus Mathiam Waidafiam ducerent de Praga ad regietatem Hungarorum. Dixit Nicolaus palatinus ad Michaellem Zilagi: Siſ mihi pollicitus ad fidein, quod et tu et frater tuus Mathias Vai-

dafia ne me contra de morte Ladislai Waidafia fratris tui aliquam insidiam vel molestiam generaret. Ait Michael Zilagi: Ego sponde pro me et fideiussor esto in persona sua fratri mei Mathie Waidafia. Alternantes manus suas cum fide robora. Nicolaus palatinus ad Budam cicius equitavit et statim epistolas missiles misit ad provincias Hungarie et ad comitates, ut statim quilibet sub capite punctionis esset ad festum assumptionis Marie 144-o. Et statim occurrens Michael cum magno exercitu et ad Budam intravit. Et fecit clamare solus Nicolaus palatinus et omnes cum suis paribus, quod vidisset Michaelem Zilagi cum magna turba intrantem Budam et vadum Pest occupasset, vox mea cum partibus meis: Mathias Waidafia est rex Hungarorum. Et illico similiter cum cetera sua Michael Zilagi cum nobilibus et ignobilibus clangore magno, ut sit Mathias Waidafia.

Ista fama de Hungaria sonuit in auribus Bohemie regis. Mox perterritus est, quia sub custodia erat adolescens Mathias Waidafia et quod in ortu deambularet cum fristicia. Rex quidem habebat pulcram puellam Caterinam. Cito vocare fecit ad se rex, dixit ancille sue: Cito rogo te, ut statim sertam de caro flore optimam ac opulentam liga et profer ad caput propriis manibus tuis ad caput Mathiam Waidafy. Quoniam iam senserat rex Bohemie, ut esset rex Hungarie. Inde quidem cum magno exercitu Michael Zilagi awnculus suus post ipsum equitavit ad Praga. Inde etiam rex Bohemorum cum magno suscepit nuncium, videlicet, Michaelem Zilagi. Quamobrem iam ancillam suam copulare fecerat cum Mathia Waidaffy. Rex sibi novum gaudium predicebat ei, ut ipse tu eris rex. Mox sumssit germanum suum Mathiam Wadaffy et duxit ad Budam. Et fecerunt etiam congregacionem palatinus cum Michaele Zilagi et coronaverunt Mathiam Wadaffi cum magna solennitate in die nativitatis Domini et Catherinam de Praga ancillam regis Bohemie. Et ipsam coronaverunt in festo sancti Georgi martiris.

Et in primis walde erat pauper iam rex Mathias, non habebat mensam regiam suam opulente. Erat consanguineosus unus magnus Hungarus nomine Petrus Zobi de matre sua, quia mater sua, quidquid habebat thesaurum, omnes ad manus Michaelis Zilagi concesserat propter filium suum Mathiam Wadaffi. Et mater non habebat, unde adiuaret. Iste Petrus predictus statim de domo sua equitavit ad Budam, vidit Mathiam regem in paupertate, illico mestus fuit super eum. Dixit ad regem: Quid agis, rex? Nonne omni die pagani Turci equitabunt in confinibus regni tui, provincias ac civitates obruunt cum igne et cum arma bellica, tu nempe nullam curam gessis. Ubi est ergo fides tua, quod spondidisti tocicus regni Hungarie, ut defenderes. Audiens hec verba Petri predicti cepit flere rex Mathias. Tanto melius misertus est super eum. Dixit ei iterum Petrus Zobi: Desine a fletu, providebit te Deus. Solummodo verba mea suscipias et consilium do tibi, rex. Statim facias congregacionem magnam inter Hungaros magnates, cumque presentes exstiterint, ipsos ad prandium invitare facias, cumque

finietur prandium, mox die mihi: Tu, pater Petre, es captus. Ego quidem valde zabodom, ut quare facit vestra maiestas et quid feci mali tibi. Et fecit sic rex Mathias. Et Petrus promisit dare ad ad- 17 iuvandum regis quinquaginta milia florenos. Dixit rex: Adhuc plusquam da, quia non exibis de arce Buda, donec sexingenta milia marcas non solveris. Et Petrus statim pro redemptione sua ad octavum diem regi presentavit. Et alii magnates hec audientes tre- 18 muerunt et per portam Budensium arcis non potuerunt, quare erat reclusum et ducenta pedites ordinaverat rex. Et singilatim principes et barrones qui quadraginta milia marcas, qui centena milia marcas promiserunt dare regi et quilibet ad octavum diem presentaverat.

Vidit rex thesaurum sibi multum, gavisus est valde et mox cla- 19 mare fecit grande bellum. Et in campo Zeghed iuxta fluium Zeghed castrum fecit castra metatus cum Hungaris et cum alia varia gente. Et sic a Turcis arcem Sabach inter limites regni Racionorum ac- 20 ceperat et insuper arcem laicha in regno Boznensis. Et sic rex Mathias regnum tutavit, usque ad mortem gubernavit habenas suas. Et gens Hungarorum lauderunt regem sic dicentes: Benedictus sis 21 rex Mathias, alios regem maledicentes post decessum suum. Quamobrem rex Ladislaus Cazimir perdit arces centum et viginti cum filio suo Ludovico rege, quod est flebile! Hungarorum perpetue etcet.

De morte Zilagi. Quomodo vitam suam a- 22 sperime finvit. Dum regebat adhuc banatum Nandoralbam arcem, cogitando se ipsum una dierum pro spacio cum ducentis equis equitaverat versus arcem Sarno, qua ars tenebatur per dezpotum Racionum principem. Extunc et ipse dezpotus pro spacio 23 venatum invenerat in campo Michael Zilagi. Et captus mox fuit per Michaellem Zilagi dezpotus princeps et ductus erat ad arcem Nandoralbam. Quamobrem iste Michael erat durus valde, quia pu- 24 rus Sciticus erat, et tenuit sub custodia captivitatis sex menses et petebat ab eo arcem suam Zendwro propter redempcionem suam. Ipse dezpotus permisit dare, sed uxor eius et filii et barrones noluerunt. Ipse dezpotus vidit se non habentem, fecit se ipsum hu- 25 miliari per supplicaciones multas, ut eum dimiteret pacifice Michael ad regietatem suam. Ipse quidem nequaquam voluit Michael. Habebat Zilagi unum notarium Ladislaui nomine. Ipse consulebat 26 sepiissime dominum suum Zilagi: Domine, nequaquam eum dimittere debes, quia penitebit te demum. Ettenim est magnus dominus et ulciscens vindictam super mag. vestram. Si vis eum dimittere, nec captivare debuisses. Venerunt cum tempore barrones Ra- 27 cianorum ad Michaellem Zilagi cum supplicacione magna. Promiserunt propter dominum eorum quinquaginta milia marcas. Michael Zilagi audiens permisit centum milia marcas, dezpotus permisit dare. Et Michael mox contentus fuit et in convencionem sic, quod 28 dezpotus foret exploratus ad litem terre et thesaurus ibidem de-

duccetur. Consensit Michael Zilagi. Iste quidem scriba Ladislau
coactissime consulebat ac arguebat dominum suum Zilagi, quod
Raciani essent instabiles, ne penitus crederet eis. Et dezpotus au-
diebat sepe ab ore verba procedere ab ore Ladislai, valde dole-
bat amaro animo et conferebat in cordo suo tacito et post thezau-
rum cito currebant ad Zendoro. Et in confinibus steterunt, de-
posuerunt redemptionem regi Racianorum et clam ordinaverant
ducentos optimos milites Racianorum in absconso loco. Venerunt
Raciani post dominum eorum et pronucciaverunt Michaeli Zilagi
et dixit notario suo Ladislao, ut iret cum eis et ut veheret thezau-
rum ad Nandoralbam. Ipse quidem valde tremebat ire, sed ne-
quaquam excusare potuit se ipsum. Et preparavit se cum equiti-
bus paucis et cum vectoribus, cumque aporinquasset ad decre-
tum locum, subito obruit eos ducenta equites Racianorum. Domi-
num dezpotum et cum thezauro ac Ladislaum scribam deduxerunt
ad arcem Zendere. Et mox Ladislaum scribam in prandio bene
tractavit. Inde nempe precepit fabris, ut statim aspersorium de
ferro pararent, et disposuerunt. Et omni die in os trudebant et
sodrebant linguam eius et sic dira morte exalavit de mundo. Et
dicebat ei dezpotus: Diu ipse me dimitebat et absolutus fuisses,
si tu dominum tuum non consuluisses cum lingua tua, que nunc
in ore tuo pacieres.

Michael Zilagi indignatus est stomachandi indignatione. Mox
misit legatum ad sanctissimum pro comissario, ut crucem portaret
cum auctoritate apostolica. Et portaverunt et legatus venit cum
summa auctoritate pena et a culpa, quicumque vult se preparare
ad bellum contra etnicos. Et iste Michael Zilagi movit se cum
bella magna equitibus et cum peditibus crucigerorum. Et intravit
in regno Racianorum et obsiderat arcem Zendwrw ad dezpotum.
Sed nil ei potuit.

Attamen movit exercitum suum contra Izmaelicos ob ango-
rem mare contra Turcarum cesarem. Attamen non multa habebat
gentem, dumtaxat viginti octo milia virorum. Ibi in campo Merule
castra metatus erat. Tunc exploratus erat ipse per Tucorum cesa-
rem, quod non sub se haberet gentem multa. Et cesar contra ip-
sum iterum castra metatus erat. Dederunt pugnam uterque magnam
et ex utraque bello factum strages magna. Ibi Michael Zilagi ca-
sum dedit et vivus aprehenditur ad manus cesaris Tucorum. Cum-
que vallo tempore cesar Izmaelitarum consiliatus erat per consi-
liarios suos, ut daret arcem Nandoralbam ad manus cesaris pro
redemptione sua, dixit Michael Zilagi: Non est posse meum dare,
quia rex Hungarie non permitit. Adhuc inspirabat eum dicens ve-
hementer et nulla sub custodia permisit spaciare in arce sua Con-
stantinopolitane urbis. Et cum multis adoravit eum cum thezauro
et in regno suo quattuor arces donavit, sibi dumtaxat Nandoral-
bam arcem ad manus Turcarum. Iste vir quidem tam perfectus et
constans erat, quod nullo modo comparuit sibi. Sed corde per-
fecto perseverans in se, quoniam erat in fide sua durus, et sic di-

cebat: Audite, fratres mei, Cristus dixit, qui in minimo est fide-
 lis, in maiori fidelis est. Quoniam, qui erant Hungari, conciliabant
 eum, ut donaret arcem pro eo Nandoralbam. Audias, cesar, ad
 tertium diem relationem optimam referabo maiestati tue. Cesar
 hec audiens gavisus est cum suis paribus. Sed, ecce, priusquam
 mitam servum meum ad arcem Nandoralbam, quod si prebebit in
 consensum vicebanatus meus. Cesar permisit pacifice ire et fecit
 dare telam unam ad manus eius. Et illico scripsit epistolam ad
 vicebanatum suum et arcem Nandoralbam. Tali modo erat materia
 epistole: Precipio et commito tibi, ut sis *promptus et paratus* ad
 pugnam, cumque intrabunt Turci per exteriorem ianuam ad civi-
 tatem quingenta Turci, extunc eos latrones prostramini ad terram,
 ut unus nesciat ex eis dicere nowa, quia, ercle, scias me nunquam
 ad Hungariam isse me. Quod vicebanus perlegisset epistolam do-
 mini sui, flevit amare et nil revellavit nunccio, quia addita erat,
 ut nesciret Turcus. Vicebanus relationem scripsit domino suo di-
 cens: Credat magnificencia vestra, sic fiet, ut vis. Solumodo
 hec scripserat breviter, istam racionem in litteris protullit domino
 suo. Et Michael Zilagi cum aspexisset, mox allavit ad manus
 cesaris, cumque relationem intellexisset perlegens, valde hilaris
 erat cum Agarena gente. Et interrogavit cesar Michaellem: Quanta
 milites Turcarum dimitemus ad ocupandam arcem. Respondit
 Michael Zilagi: Satis erit quingenta equites, postea et nos simul
 eamus. Misit cesar equites predictos ad ocupandam nobilissimam
 arcem Nandoralbam, cumque intrassent, et Hungari ausi specta-
 bant cum arma ingenia. Post ipsos mox ianuam repagulaverunt
 et omnes usque ad unum a terram prostraverunt. Cum autem
 audisset cesar Turcarum Amrates, dira captivitate in carcerem facere
 imposuit, valde in viceribus suis commotus, ut quod egrotaba-
 tur, quod sic delusus fuisset per Hungarum talem. Tercia die de
 carcere fecit extra portare et iussit portare unam serram et ipsum
 Zilagi fecit ligari ad unam trabem. Et ad decem partes particu-
 lariter scindebatur et tali morte exalavit de mundo. Quamobrem
 qua mensura mensuravit, eadem mensura remecietur pro morte
 regis Ladislai Alemani, quoniam nullo modo nullus ewadebit ius-
 ticiam Dei.

6

Iam de morte et de vita Mathie regis Corvini. 1
 Iam Mathias rex longeus erat in Hungaria et potens erat et for-
 titer gubernabat habenam suam. Quotidie siciebat arcem Turca- 2
 rum Zendoro de manibus suis, quoniam atavus suus Sigimundus
 rex a dezpoto Raciano ordinaverat ad manus Hungarorum arces
 duas, videlicet, Zendwro et arcem Nandoralbam et tempore suo
 regis Mathie perdiderat. Propterea invidebat et dolebat, quomodo 3
 wlciscetur, quoniam Sigismundus rex multa arces dederat in Hun-
 garia et possessiones propter illas duas arces predictas, videlicet,
 opidulos Naghtwr, Thizawarsan, Thocai et Talya, Bodokw, insuper
 provinciam Borsod warmeget. Ergo movit intellectum suum et

consiliavit, qui regebat arcem Zendoꝝ Turcus officialis. Et vocare 4
 fecit officialem suum de Nandoralba. Swadebat eum, ut studiose
 perageret, ut cum basse arce Zendoꝝ poneret amicitiam magnam et
 in fratrem suum susciperet: Quod et tibi rex Mathias dominus
 meus valde benevolus est et esset. Dixit officialis: Quomodo ba- 5
 natus Nandoralbensis tibi vult dare in Hungaria illas arces et
 civitates, que dederat rex Sigimundus atavus suus, solummodo ut
 esses ei fidelis et fidem tuam porrigeres sibi, quod si posito casu
 vellet obsidere arcem Zendoꝝ, ut ei ad manus dares. Dixit Turcus 6
 officialis: Si is'a mihi rex Hungarorum fidem suam mihi in litteris
 suis donaret et certum me faceret quam peroptime. Banatus, vide- 7
 licet, Nagh Simon statim occurrere sese accepit ad regem et tali-
 ter regi fabulavit. Et rex valde gratulavit, subito litteras donacio-
 nales de tanta possessione, que predixi, cum aureis sillabis et ius-
 sit fidem suam Turco vaiwode. Et litteras donacionales regie- 8
 statis Nagh Simon presentavit et Turcus officialis grande gratu-
 lavit pro donacionalium litteris: Rursum eas ad regem et preparat
 se quam peroptime clam cum bellicosa arma et festinanter veniat
 quam primum obsidere, quod, si dominus meus Turcarum cesar
 ad quintum decimum me non adiuverit, extunc arcem Zendoꝝ
 ad manus eius mitam. Iterum banatus Nagh Simon occurrit ad re- 9
 gem et regi tali modo coram facie pronunciaivit. Et rex gavisus
 est tanto melius. Et rex Mathias scribere fecit epistolas regnicolis
 suis, videlicet, magnatibus, barronibus, nobilibus et ignobilibus ac
 officialibus suis, ut quilibet sese exerceat ad bellum, quia in brevi
 tempore viam volo perlustrare. Et fecerat facere quattuor sepes ad 10
 castellum ad fluium Ister. Cumque pervenisset ad Zalonkemen cum
 gente magna, et classes preparare fecerat ad aquam Ister plena
 cum ingenis diversis.

Extunc regi Mathie nunccius evenit repente et dixit regi: 11
 Iam intraverunt Germani ad Hungariam ac incendium ignis fece-
 runt, spoliant ac depredant provincias, videlicet, Zalam et Somo-
 giensem. Hoc audiens rex Mathias corde dolore quasi semivivus 12
 nesciebat loqui. Demum postea ait: O pessimii Alemani! quam
 magnam fortunium ac lucrum utilitatis tocius Cristianitatis perdi-
 distis mecum, sed Deo adiuante volo super vos mori. Retro versus 13
 est rex ad Budam iterum et misit unum famulum suum versus
 Germanos celeriter nomine Blasium Magar cum exercitu magno et
 mox aporinquant es multos prostravit ad terram, alios quidem
 vincitos perduxit ad Budam registatis et fugam cicuis dede-
 runt versus Viennam. Et rex resedit Budam, donec consiliaret se 14
 ipsum contra Alemanos. Et sic multocius fecerunt Alemani contra
 tocius Christianitatis et Hungaris etcet.

7

Capitulum septtimum. Quomodo rex Ma- 1
 thias fecerat fedum cum cesare Turcarum ad
 decem annos. Ita refertur dixisse, quod rex Mathias prom-

tuare fecerat ingenia munera ditissima ad Turcarum cesares, videlicet, unum currum de puro auro fulgidissimo et unum pampilionem preciosum et alia res variabunda. Et sic emissiones legati regiestatis obtulerunt in donum ad cesarem etnicorum a rege Mathia et concessit ei treugam ad decem annos. Et e converso Turcarum cesar, quantum potuit, diversarum munera, quod potuerunt super decem camellis, sarcinaverat cum thezauro temporali, sic etiam obtulerunt Mathie Corvini propter confederacionem utriusque gratulacionis.

Post hec cum paratis ingeniis suis rex movit se repente cum acie sua sub Vienna et obsedit integre septem annis. Erant barrones ac milites cum multi. Iste Chupor vaida de Baronya cum caterva sua et erat miles strenuus. Cumque baralim ludebant in taxillo tentorio regiestatis, sepe interdum lucrare ceperat regem et nil sibi favebat, sed semper in facie loquebatur. Et rex in se rixabatur cum servo suo tanquam. Dixit rex: Videas, crastina die volo impetuum tuum cum caterva tua. Et mane cum factum esset, ad unam bastiam tribus vicibus ad ustrum fecerat et optinebat et regi multa preda presentabat et altera die sub murum Viennae residuit.

Et unus e conversus famosissimus vir Theutonicus miles expugnabat Hungaros in sua arma super equum. Et nullus persumebat ipsum exspectare eumque intuebant et multa perniciem faciebant de Hungaris et regi preferebant. Et commotus erat in visceribus suis et dixit: Quis talis vir esset, qui precederet istum latronem. Mox acomodaret sibi unum arcem cum proventibus suis. Extunc coram ipso astabat unus miles Racionus Demetrius Iaksit: Si mihi acomodaveris, rex, que dixisti, ego experiabor cum eo. Dedit manus suas rex ad manus Demetrio Iaksith. Demetrius Iaksit cum militonibus suis preparavit ad pugnam, quam optime potest. Secundo die Theutonicus miles per murum ianue Viennensis exivit et cepit adaucter super equum equitare. Et dixerunt Demetrio Iaksit, quod miles Alemanus iam venit ad harch. Mox Racionus vir ille descendens super equum cum suis paribus et dixit militibus suis: Veri testes milites mei, faciatis tantum, ut mihi accipiam ad dexteram meam frameam. Videbitis statim mirabilem miliciam meam, solummodo pugnante cum corde perfecto cum caterva sua. Et sic fecerunt. Cumque accepisset adexteram suam, ictum unum fecit et ad duas partes mox dedit casum a terram. Attamen erat totus in ferro cooperius et dorsinam porcionem cum capite summis in manibus propriis suis et proiecit coram rege in pampilionem suam. Rex videns admiratus est valde, quod tam operam dedisset Racionus miles super militem tam famosissimum Theutonicum. Rex ait dolore: Cur interfecisti? melius mihi vivum duxisses et eum in regno meo fovisses propter famosissimam miliciam suam. Et rex promissionem complevit, donavit sibi arcem Korogy. Racionus miles videns regi tristitiam super militem Theutonicum dixit ad faciem regi: Bene videas, rex, te ipsum. Si debellare, debellamus,

sin autem amitamus in diabolum. Rex audiens militi audaciam 15
presumcionis, rex mox intuens ad Hungaros magnates dixit: Quid
faciamus de eo? Consiliaverunt regem, ut eligerent ad domum 16
suam, quia nunc viget, quod Turcus est in Transilvania nomine
Alibek, ut sit tibi in bello cum Paulo Kinisi. Et sic factum erat.
Iaksit currit cum caterva sua ad domum.

Insuper rex habebat unum militem peculiariter nomine Che- 17
rozlaw. Misit eum ad heros Vienenses, ut darent civitatem Vienam.
Ipse intravit quasi legatus ad pretorium dominorum Viensium et
referavit legacionem regie maiestatis, donec rex non arriteret Vi-
enam, donec in manibus non erit. Et interim advenit legatus Tur-
cus ad regem, de cezare Ismaelitarum cursor erat. Inde quidem 18
Cherozlaum Bohemum militem consules Vienenses in pretorio se-
duderunt cum magno donacionis thesauris, ut regem de tentoria
duceret et statueret in uno pallacio publico in Hostat et sub fe-
nestra statueret regem, ut venirent domini Vienenses ad regem ad
dandam civitatem et eorum gratiam impetrarent capitibus suis. Che- 19
rozlaw venit ad regem cum resumpto animo a civibus referavit
regi relaciones ad modum. Et rex gavisus est et regem baiolavit
solummodo cum uno parulo et cursore Turcum cum eo. Et iste
Cherozlaw tanquam iam Scariot cucurrit celeriter ad seniores ci-
vitatium et referavit eis, quod iam rex staret sub fenestram. Inde 20
rex fabulabat cum Turco de Germanorum vindictam factam super
Hungaros ac interrogabat cesarem Turcarum sub fenestra sibi com-
missa per traditorem Cherozlaw. Memoratus fuit intellectu suo,
quamobrem staret sub fenestra pro signo. Parvulum suum rex per- 21
misit stare et cum Turco pro spacio in palacio ad alium an-
gulum passum dedit. Extunc repente, quod Deus altissimus no-
luit, de una bastia cum una bombardia recte ad fenestram sa-
gitare fecerunt et mox parvulum diruerunt. Vidit et intellexit rex, 22
quod esset prodicio, et Turcus conciliavit, ne spaciaret in palacio,
sed festinaret sub tentorio suo.

Cherozlaw sperabat iam, quod si dant iam fugam castor 23
regiestatis. Paussavit plus quam sex horas. Ita dilegebat eum
rex, quod super carnalem fratrem non dedisset. Et tota curia ad-
mirabantur, quod rex fuisset in magna mala fortuna. Et Hungari
et regem occurrerunt et regem valde swadentes arguerunt. Dicebant: 24
Cur tua maiestas nos vlt perdere. Et sic de aliis. Illico rex ira commo-
tus misit quattuor millia millites equites precipue Racionos super
Vienam urgentes cum igne et cum gladio, sanguinem effundentes
innocentes et continentes religiosos pari pena puniebant. Quod clan- 25
gor magna inter Germanos, quod audientes heri Vienenses tremue-
runt et miserunt alium legatum ad regem, quia Cherozlaw excusavit
se, quod non ex consilio suo egissent ac nescivisset. Et insuper mox 26
intravit Cherozalw et terruit valde traditor heros Vienenses. quod rex
iussit, ut Turci veniant ad depredandum, et promiserunt civita-
tem regi sub tali forma fidei regis, ut ipsos Germanos in civile
iuris observaret eos. Et ipsi iuramentum fecerunt sepcies. Intravit 27

rex, sed priusquam thesaurarius Stephanus arcem occupavit et omnia, que in ea erant arcis, permiserunt stare ad victum et ad defendendum. Et principaliter officialem constituit rex Stephanum thesaurarium.

Et eodem die percussus erat Alibek Turcus in Transylvania²⁸ per Paulum Kinisi cum Stephano Batori et dezpotus et laksit cum suis catervis et Alpinis Bozorad vaida et famosissimus vir Sciticus Michael Pettkai.

Uterque cesar devincti erant per Mathiam regem.²⁹

Inde Viam rex Mathias habenas Germanorum regebat ac³⁰ dominabatur. Iste Chero valde intro erat apud regem. Dicebant sepiissime sibi et consulebant amici sui boni et ex Hungaris, ut coram rege poplite curvo caderet, gratiam seu veniam capiti suo impetraret. Et ipse Cherozalw dicebat: Iam diu rex oblitus est,³¹ et nunquam rex memoratur. Semel rex iracundia commotus, quod ipse Cherozalw celeriter astabat coram, propter valde confissus erat apud regem, quod semel curreret post regem, dixit rex: Capiatis istum latronem et portate ad pretorium civitatis. Quia iam cives³² coram rege contra eum factionem fecerant et cum eo expurgati fuerant cives, quod adhuc ipse conciliavisset cives. Et credidit rex et decolatus est Cherozlau Bohemus latro. Et propterea quilibet traditor male exterminabitur et iusti terram hereditabuntur etcet.

8

Iam rex Mathias intendebant contra cesarem¹ Turcarum et epistolas multas permisit scribere precipue ad mare Zen arcis, ut galiam magnam precipientes fabricarent Dalmati ac naves, in quo milia virorum foret, et in galia decem milia, et sic de singulis. Et precepit super Danubium ex utraque² flui Danubii civitatis et opidulis, ut naves fabricarent ac promtuarent, et magnatibus, barronibus, nobilibus et ignobilibus, equos foverent et gladios acutare facerent et alia diversa arma bellica polirent.

Et inter hec Stephano thesaurario Deus altissimus dedisset³ ac creasset de uxore sua unus masculus. Et ad regem cucurrit et regi referavit, quod sibi Deus unum propaginem dedisset, et rex gavisus est. Et regem Mathiam supplicavit et rogavit, ut esset⁴ compater, et rex sponndit. Et baptizare fecit cum rege et cum aliis magnatibus, ut esset Ioannes nomen eius. In mense Iulii erat et mense Iulii casum morti dedit se demum, que demum intelligimus.

Iam cesaris cursor Turcus a rege crebre licenciam petebat⁵ ad domum, sed rex volebat cum eo ad Turciam iterare. Una dixerum dixit cursor cesaris: Domine rex, ista civitas non est tua, quod residenciam dedistis eis manere, quia gens ista gens aliena est et differt ab Hungaris. Et consulo maiestatem vestram, ut expurgabis eos et da eis aliam terram, ubi possunt habitare et pueros⁶ Sciticos portare cogis et eis distribuere debeas palacia domi. Et

dixit rex: Credas mihi, quod ita terrui ipsos, quod nunquam au-
dent se moveri contra maiestatis nostre. Credas mihi, rex, inquit 7
Turcus, hominibus brevis est vita, si hodie mihi, eras tibi. Ecce
erat divinatio Turco. Credebat pauper rex, quod non moritur.

Interim vallo tempore clam magnates et principes fecerunt con- 8
cilium in uno latibulo contra regem et dixerunt: Quid faciamus de
rege? quoniam movere vult interim noviter bellum, videlicet, super mare
et super Ister flui et insuper terram vult etiam alienam gentem copio-
sam inducere. Ipse maledictus homo non vult cessare neque nobis
quiescere cum liberis nostris in domo propria nostra. Ergo quid 9
faciamus? Respondit compater suus Stephanus thesaurarius: Inter-
ficiamus. Responderunt alii pares eo: Non possumus, quia fores
suas valde tenent cubiculari sui. Ait Stephanus thesaurarius: Ego 10
semper intrare possum et scrutare, quando unus remanebit ex
cubicularibus cum eo, extunc possumus leve interire eum. Et pre-
apticaverunt unum gladium triacutas more Bohemorum. Et ante- 11
quam regi prenosticaverant, quod dira morte oportet sibi ex hoc
mundo ire ad patrem celestem, et semper in memoriam tenebat
et in corde semper tristis erat. Quod iam fuit rex exploratus per 12
compatrem suum Stephanum accipiens sine manubrio predictum
gladium sub tunica sua et secum alios duos principes, ut, cumque
venissent ad ostium, pulsare cepit. Et rex tantum solus iuxta ig-
nem calefaciebat se et erat in veri mense Aprili. Et dixit rex cu- 13
biculario: Videas, quis est. Si erit aliquis excepto Stephano, non
permittas introire. Hostium aperuit cubicularius et mox ipsum per
guturem suum raptus est et vidit cubicularius perniciem suam et
regi. Dixit eis: Non interficiatis me. Ecce ego vobiscum esto. Volo 14
par. Permiserunt eum, intromisit eos. Et cum rex vidisset eos in-
trantes, dixit rex: Amici mei, ad quid venistis? Iam senserat rex
perniciem suam. Dixit: Compater, cicius fac, quid facere vultis.
Mox capientes regem et ad mensam super proicientes. Et ewagi- 15
navit triacutum gladium sub palio et de seorso sub natica truse-
runt usque ad pectus. Et tribus diebus ac tribus noctibus cum clan-
gore magno wulavit et multi volebant videre crudelem mortem su-
am, hawd neminem permitebant intrare ad regem. Hoc erat in qua-
dragesima.

Et corpus regis inposuerunt super ratem per fluium Ister et 16
remigatus erat ad Budam. Et tota Hungaria sciscitabatur, quomodo
rex obisset. Isti magnates conpilaverunt, quod aulici et cubularii
inter se habuerunt rixam propter contumeliam. Unus invidebat 17
alium, quoniam inter alios dileccior erat apud regem. Et ficum
assatum asserunt, valde comedere solebat, et fico venenum com-
posuissent. Hic discernendum est, quod ita fuisset. Extunc multi
potuissent intrare ad regem et vidissent regi egritudinem. Propter- 18
ea hic est suspicio et in cronica mundi sic scriptum mors sua,
quod plewrisis habuisset in corpus. Et in Ramis palmarum ad
Albam Regalem deduxerunt cum ingente processione sicut regem
catholicum verum. Et sepultus est anno 149^o.

Inde Turcum precursorem cesaris donaverunt ditissime. Cum 19
 pervenisset ad dominum suum cesarem, et primis fuit interrogatus,
 quod si gentem rex cuiusmodi permisit habitare in Viena. Dixit
 cursor suus: Eadem populum. Dixit cesar: Civitas illa non est 20
 sua. Inde quidem simulantes Hungari ab Germanis mortem regis
 clam Sthephanus thezaurarius regi, quidquid habebat in Viena the-
 zaurum rex, tempestive ac repente omnia cara lectilia regiestatis
 ad Trincensem arcem congregavit excepto Buden.

9

Iam post decessum regi Mathie Hungari absque 1
 rege vacabant. Habebat pauper unum filium nomine Ioannem
 Corvinum, qui erat extra thorum legitimum generatus. Adhuc in 2
 vita sua valde magnates et principes monebat, ut filium suum
 coronarent, et dicebat incessanter Hungaris: Quod si filium meum
 neglexeritis coronare, extunc sine dubio peribitis. Et multociens di- 3
 cebat. Semel in vita sua rex congregacionem magnam fecerat, ut
 filius suus coronari debeat. Cumque principes et prelati sensis- 4
 sent libitum regis, attamen in congregacione nobiles et ignobiles
 clamabant esse regem Ioannem Corvinum filium suum regiestatis,
 concilium inierunt inter se ac decreverunt. Intraverunt ad 4
 regem et obsecrabant cum maxima supplicacione regem, quod vo-
 lunt assumere in regem filium suum Ioannem Corvinum post de-
 cessum suum. Rex audiens dixit: Non credo vobis, dum vivo,
 ut fiat. Thomas archiepiscopus Strigoniensis, quem creaverat rex 5
 ad dignitatem, dixit: Domine rex, ut faciant iuramentum principes
 et prelati septicies. Dixit rex: Non tantum sepcies et tantum quin- 6
 quies. Audientes magnates Hungarorum aiunt: Volumus filio tuo
 Ianni Corvini iuramentum facere coram regiestatis vestre. Quod
 audiens surrexit cum filio suo predicto, cum magnatibus eciam in- 7
 traverunt ad sacellum assumcionis Marie, quem crencociaverat anti-
 quus rex Ludovicus ad honorem assumcionis Marie. Super tumbam
 divi Ioannis Elimosinarii fecit portare ewcaristiam, crucem aureum,
 missale, ewangelium et primo Thomas Strigoniensis ambas manus
 posuit ad sacramentum et alteram ad ewangelium. Et incepit pri- 8
 mo iuramentum facere tali modo ad verbum Hungaricale dicens
 sic: Isten enghem hugh seghelen, bodogh azzon, uristennek
 mind sok zenthii, ez otari zenthsssegh, ez zentkerezt, ezent ewan-
 gelium, es ezenth lanusnak zent erocley, hogh Ianus hercheghed
 teziok magari kiralya. Et inceperunt singilatim tali forma facere 9
 iuramentum omni die usque ad quintum diem, videlicet, personas,
 primo archiepiscopus Strigoniensis et alter Quinque Ecclesiensis,
 3ius Agriensis, quartus Bachiensis, in specie suo unus episcopus
 Zirimiensis captus erat per regem, et sic singilatim prelati Hungarie
 deposuerunt iuramentum. Iam magnifici, videlicet, primus compa- 10
 ter Ioannis Corvini, videlicet, Sthephanus thezaurarius Hungarie, alter
 Paulus Kinisi, quem rex fecerat in gentem magnam, 3ius Ste-
 phanus Bator, quartus Draffy Bartolomeus, quintus Laurencius

dux, sextus Andreas Bott et sic universaliter fecerunt iuramentum usque ad quintum diem. Et sic permanere fecerunt cum filio suo Ioanne etcet.

Iam quod vacent sine rege post decessum Mathie regis, Ioannes adhuc gubernabat Corvinus sedem patris sui Bude. Congregationem fecerat semel Ioannes Corvinus. Neglexerunt venire iam ad coronandum in rege Corvinum, videlicet, Thomas archiepiscopus, neglesit Stephanus Bator, neglexit Stephanus thesaurarius, quem rex in magnificum fecerat, noluit Paulus Kinisi de Themeswar, noluit venire Bartolomeus Draffy. De exceptis illis alii omnes venerant, quilibet ad iuramentum fidei sue. Et nobiles regnicoli clamabant omnes vicissim. Sed isti predicti ad secundam dietam permiserunt. Et secundo fecit Ioannes Corvinus congregationem. Etiam isti prenominati neglexerunt venire ad iuramentum fidei et regnicoli gaudebant eum fore regem Hungarie. Et hoc erat post decessum regis Mathie, dum scribebant anno salutis 14^o nonagesimo secundo.

Semel prescriptos magnates fecit invitare ad se et venerunt et commisit, ut convivium facerent in Vissegrad dispensatori suo. Et in arce supra cum comederent et biberent, inde commisit castellano suo et ut ordinaret ducentos viros bellicosos ad portam arcis. Et provisor arcis illico ordinavit, ut qui erant in infideles sibi, ut privarentur a capitis suis. Quod sensissent precipue Stephanus Bator et alter Stephanus Prini de Therebes et alii pares eorum, unatim, binatim de arce Vissegrad festinanter descenderunt, equum statim aduxerunt Stephano et Paulo Kinisi. Quod ascendissent super equos suos, dixit Stephanus Bator: Vere nolumus spurium puerum coronari. Et cito equitaverunt quilibet ad domum suam. Hic iam rogo vos, dilectissimi lectores, et parcite mihi de incongruitatibus meis. hic in primis per infidia iuramentis magnatibus Hungarorum. Hoc 3 fidefracti sunt: Paulus Kinisi mutus erat demum et sic alavit de mundo, Stephanus Bator in magna fatuitate ewenerat et sic de mundo migravit, et singillatim turpissima morte perierunt.

Stephanum thesaurarium Vienenses, quod rex oblatum fuit de Viena corpore, mox Stephanum thesau. sub custodia observaverunt. Et de dominis rogavit se ipsum, ut spaciandum adiret. Quantum se fecerat egrotatum, cumque per portam Vienensem extra properaret, mox super equum incepit iargani et versus Hungariam direxit equum suum cum caterwa sua et sic ewaserat per astuciam suam et sic erat.

Quod iam ad annum 14^o 9^o 3^{io} fecerunt soli Hungari congregationem magnam in Pesth in Zentfalva in clastro Sancti Authoni confessoris. Inde nempe Ioannes Corvinus ianuam Budensem valde regulare preceperat, quia iam timebat de traditoribus suis, quoniam, fratres charissimi, qui presumit dominum suum naturalem prodere, etiam presumit occidere. Et dicebant latrones Hungari principes: Ne amplius habeamus talem dominum, de quo semper iecor noster barrit ac tremat. Ne dulce costum

potuimus tempore patre suo consumere, sed semper in capite nostro revertebatur galea armaturis.

Insula Sirmiensis, qui erat domini, et in provincia Valko ac 22
provincia Baronya et in provincia Somogiensi et de regno Sclavorum et Croaci et multi magnates clamabant et precipue Laurentius dux, qui in fine Turcarum residebat in possessionibus suis, et cum eo tenebant Rach dezpoztus, alter magnificus Stephanus Keserw ac prelatus Quinque Ecclesiensis, Andreas Bott de Soklios, Thomas Seechy de Somogh, Georgius magnificus de Kanissa et multi volebant et clamabant: Ioannes Corvinus sit rex. Altera pars 24
clamavit Albertum de Krakowia Polonum de superiore parte, videlicet, Tharchai de Therebes, Emericus Priny ac magnifici Hymenenses et Stephanus Rozgon de Warano et de aliis. Posthec 25
3ia pars fecit clamare Ladislaum Kazmer de Bohemia regno, videlicet, qui sunt iam periuri ac fidefragi, Thomas Strigoniensis, quem latronem de mendicatione sua pater ipsius Corvini in magnum dominum constituebat, 2us Paulus Kinisi, quem pater idem Corvini de satellitate sua acceperat in magnificum, 3ius Stephanus de Bator et alii compares ipsorum.

Introduxerunt bowem in regem, constituerunt ac elegerunt. 26
Ista pauca pars precessit illas duas partes. Et in Buda cum more ac premeditabat in se Ioannes Corvinus. Elegerunt cum consiliato animo infideles Thomam Strigoniensem ad arcem Budam ad 27
Ioannem ducem. Cum favencia verba adulacionis incepit eum swadere, ut de Buda arce exiret cum thezauro thoto patris sui: Et ad fidem polliciti tibi sunt magnifici domini, quod cum quieto 28
itinere tuo pacifice permittunt ire, et tibi banatum Zen decreverunt in perpetuum. Quod audisset Ioannes dux, tremuit in se, quia iam nullus audebat sibi prebere contra infedele. Et iste latro Strigo- 29
niensis valde excusabat se: Solo modo, si consilium meum susceperis, quia iste Ladislaus iam senio confectus non multum vivere durabit et rursus ad Budam deducam ad regalitatem. Quam- 30
obrem adoloscens erat Corvinus, nil maturitatem habebat, adhe- sit pauper consilio Strigoniensis. Et permiserunt ei unam ebdom-
tam, ut prepararet se ad iter, quod si fidem rectam haberent domini, quod me ne molestarent in via. Dixit Strigoniensis: Ego mox 31
constituam ab eis epistolas sub consciencia eorum. Et sic constituit ab eis et dedit ad manus Corivini et ipse incepit se preparare ad iter.

10

Capitulum X. Quomodo in Chont campo pro- 1
stratus erat. Iam se movit de Buda post unam ebdomadam cum thezauro regalia ad iter. Dumtaxat soli habebat ducentos curros sarcinatos cum magna bona auro et argento plena et etiam cum hornamentis regali pallacie exceptis aliis curribus dominorum. Et erant cum eo proprii fideles, precipue Laurentius dux cum sua 2
agmina et alii magnates cum eo, qui potuit facere gentem. Demum, quod extra Budam descenderunt ad campum Kelen fedw, nu-



meraverant septem milia hominum equites et tria peditum et directi erant versus Albam Regaliam. Inde iam quidam traditores latrones Paulus Kinisi, Strigoniensis, Sthephanus Bator et alii pares cum eis iam exploratum habebant Ioannem Corvinum. Inter se aliquam conventiculam cito habuerunt et calumniam incitaverant, ut ne permiterent portare thesaurum de Hungaria, haw pocius assumetur de ipso. Mox constituerunt bellum acerrimum et sumum et post ipsum Ioannem Corvinum filium regis Mathie ad iter cum impetu repentino et ultra Albam Regalem apropinquantes in campo. Et ordinaverat Laurencius dux suum belli ductorem militum nomine Dombay David et magnates consiliaverant, ut ne personaliter prestolaret eos latrones Ioannes Corvinus, quia scias te puer domini mei. Quicumque traditor presumit tradere dominum suum, presumit et occidere. Et sic cum eis equitavit ad Quinque Ecclesiensem, quia fidelis erat, nomine Sigimundus episcopus natione Germanus, genere quidem Henzerus de Buda, quia iste Urbanus Henzer thesaurarius erat et ipse ditaverat imprimis. Quod ex utraque partes stetissent ad facie, pugnam inierunt magnam, quia seorso multi Raciani et Valaki erat mixtim cum Hungaris et prevaluerunt Ioannis exercitum suum, attamen ex utraque maxima corruerat in campo Chont. Tot fuit eis lucrum traditoribus predictis, quod non poterunt colligere et vehere. Postea recessionibus suis isti semipagni hoc 3 wigus aures ducatos et anulos p̄ciosos inveniebant adhuc et mihi unus laicus portaverat aureum anulos duos et alii pauperes vendebant pro levi precio. Iam hic, charissimi lectores, obsecro vos, attende, inde iam secunda fide fragi sunt et sive per iuridicam. Aliqua pars remanencie thesauri ad manus eius Corvini presentaverant et cum reliqua equitaverat ad regnum Croacie ad arcem predicti Zen anno 14^o 9^{mo} secundo.

Ibi residens multo tempore. Et erat unus Hungarus cum eo in servitute valde complacens nomine Emericus Therek de Ziketwara. Et de genere magnatorum groph accepit unam pulcram puellam ad legitimum thorum et in regno Crovacie de libera uxore habuit duos filios masculos, unus nomine vocabatur dux Cristoph et minus Ioannes, post hec unam ancillam nimis formam. Et altissimus providebat Ioannem Corvinum cum prospera bona. Etenim Turkos valde expugnabat et ei sors multa deducebat, propter filiiis suis Deus adiuabat. Isti adhuc magnates exaudebant sibi propter proles suos et cum magna prosperitate providisset Deus, sperabant adhuc in eum. Et concesserunt ei propter liberos suos in regno Hungarie possessiones, videlicet, Gywlam arcem in Kereskez cum sessionibus suis et promiserunt arcem Vilagoswar cum suis proventibus, eciam concesserunt sibi arcem in Bach mege Zabattka cum telluris suis. Concesserant sibi in quarto loco iuxta Danubium flui insula Sirimiensis arcem Cherwgh cum pertinenciis suis. Et iam laute solebat vivere Ioannes Corvinus respectu filiorum suorum.

Inde quidem coronaverunt asinum Ladislaum Kazimiri isti 1
proditores. In illis diebus vivebat quidam Glogor maximus sagax 2
vir in omni sciencia in collegio Crakowiensis urbis. Cumque in 3
cathedra sua legisset astrologiam et decrevisset, illico unus stu-
dens Hungarus de genere nobilium, quod de Hungarie litteras
protullissent de koronacione Ladislai Kazimiri. Et quod iam per-
legisset studens predictus, etiam obtullit ad manus Glogor. Et iste 4
vir sagax, quod intellexisset in litteris coronatum in regem Ladi-
slaum Kazimir, mox libellum suum, cum manu ad pavementum iac-
tasset et dixit: Ve vobis, Hungari, et tocius Christianitatis, quod
istum bovem coronaverunt. Et nil plus dixisset et sic studentes 4
nobiles ac ignobiles istud auditum verbum Glogovite ad Hunga-
riam profanaverunt et de hoc verbo Hungari bovem regem voca-
bant usque ad mortem.

Quod vidissent sine virtute Ladislaum regem Bohemum ma- 5
gnates Hungari de superiori parte, qui sunt iam prenotati Rozgon,
Tarchai, Prini, Palociak, Homonaiak, Bebek et sic de singulis,
eodem tempore Cassovienses non tenebant rectam fidem ad Hun-
garos, sicut vespertilio inter aves et quadrupeda, isti predicti ma- 6
gnates fecerunt congregacionem inter se in publico loco opidulo
Galzech. Eciam magna pars erat, scripserunt litteras sub fide ma- 6
gna ad regem Albertum ad Crakoviam supplicantes ac obsecrantes
verb. ac sermo faventissimo: Quoniam iam videmus perniciem to-
cius Christianitatis omni die, quod iste Ladislaus non esset satis
ad protegendum Christianitatis, ergo preparat sese quam peroptime
et nos cum eo copiose erimus et Ladislaum de Buda leviter ex-
pugnare possimus et te in regem volumus, quia regnum nostrum
in dubium iam vacet. Quamobrem allate erant littere ad Albertum 7
regem per nunccium. Rex perlegisset ac intellexisset, consilium
fecit et in consilio bene concesserunt. Rex Albertus ordinavit se
ad Hungariam ad coronandum regietatis, quasi intrursus vellem
contra fratrem suum Ladislaum Bohemum. Movit castorem suam 8
ad Hungariam versus. Cumque venisset sub Kassoviam, et predicti
Hungari numeratim eum accesserunt, quantum potuerunt. Et hoc
erat iam ista disturbacio 149^{mo} 3io in mense Decembris in profesto
Lucie virginis. Rex elegit legatos ad Kassovienses, ut ei adhere- 9
rent. Cassovienses nullo modo non consencientes ei. Rex Albertus
ira commotus obsedit Cassoviam et iacuit sub ea in duobus men-
sibus et decem diebus. Inde quidem Paulus Kinisi cum Tracianis 10
de seorso et cum variis gentibus et Stephanus Bator et Strigoni-
ensis concesserat gentem suam sub ducatu eorum. Erat in diebus
illis rigora magna in ieme cum nivibus ingenti et, cum pervenis-
sent ad regem Albertum, illico castra metati erant. E converso rex 11
robore castorem suam ob angorium posuit ac ordinavit robore in
tantum, quod volebant infideles repente ad eos invadere, non po-
tuerunt. Ex utraque parte iacent, tantum exhibant inter duo castra 12
ad harch. Quidam gens Traciana sive Mirmidones Achili genere

multos Polonos nocte subtrahebant et vinctos perducebant ad limites Turcarum. Gens Polonica, quare tenua esset, non potuit tanta 13
miseria abstinere, sicut illi ex parte Hungaris. Vidit rex Albertus, quod in dies defecisset in populo suo, movit versus Poloniam aciem suam et persequerentur pauperes sicut agneli per lupos. Usque ad 14
limitem Polonorum expugnaverunt eos et sic rex Albertus prevaricatus erat.

Inde quidem rex Ladislaus Kazmiri fecerat congregacionem 15
magnam mox cum suis partibus, ut patent iam in scripturis. Stephanus thesaurarius, Strigoniensis et omnes magnates Hungaros, nobiles et ignobiles, quicumque venerint ad gratiam regiestatis, omnibus gratia sit, eciam qui contra Ladislaum regem Bohemum perperam egisset, gratia omnibus. Et multi comparuerunt regi et 16
sic gratiam habuissent. Qui autem non potuerant, provissorem erigebat in persona sua et satis erat. Sed Laurentius dux nequaquam adhererat. Posthac Laurentium ducem excluderunt et infidelem deputaverunt, simul Kis Horwat de Zatha. Et fecit kis congregacionem rex Ladislaus in Bachia ad festum omnium sanctorum. 17
Et multitudo erat cum rege Hungarorum et obsedit arcem Serem Uilak in profesto Andree apostoli. Et erat iems magna, dum scribebant anno 149^{mo} quarto, et accepit difficile et intravit rex Ladislaus, quod dux Laurentius non erat ita strenus, sicut pater ipsius Nicolaus rex Boznensis, et studiosus, sed valde erat fastigiosus et tamen erat iobagionibus bonus et graciosus in vita sua. Posthec fecit deprecare Stephanum thesaurarium et vem Bornemiza, qui erat regi cubicularius et castellanus, deprecavit eos 18
per nuncium et per litteras, Stephanus quare habebat vicinitatem cum iobagionibus suis et dixit Laurentio duci Stephanus thesaurarius: Fac mecum ligamen in defectum seminis tui et mei possessionem hereditatis tue et ego similiter coram prothonotario et coram capitulo Quinque Ecclesiensi sub fide et sub privilegione litteris sigilis pendentibus ex utraque nobis et tua fiat apud me et mea fiat apud te. Laurentius dux nequaquam potuit facere aliud 21
et sic coram protonotario et coram predicto capitulo sic decreverunt et quilibet habuit pendentem cum sigillo privilegia bulle. Et sic gratiam leve preapticaverunt apud regem. Quia rex eciam 22
premeditabat ab eis, quod, si dixisset Stephanus thesaurarius, ut ne comederet una ebdomada quidquam, aliud nequaquam debuisset facere, quia non metuebant eum, sicut regem Mathiam.

Post hec Laurentium ducem elegerunt posth puellam de Na- 23
pol, ut ipse duceret Ladislaum rege, quare ditissimus princeps erat et cum magno exercitu preparavit se et duxerat matrem Ludovici regis, qui pauper in palludem casum dederat. Postea rex Ladislaus habuit unam ancillam de Beatrice et unum filium nomine Ludovicum.

Et eodem tempore Hungari erat in bello contra Alemanos 25
et precelebant Allemanno cum triumpho magno.

Inde quidem Hungari memorabant assidue, ut filius meretur¹
 coronam et regina timebat filium Ludovicum ab Hungaris de ali-
 qua inthoxiacacione. Emericus Thoroꝝ erat valde apud Corvinum
 Ioannem factor sew provissor, sed Ioannes Corvinus exalavit de
 mundo. Iam uxor relicta erat post dominum suum, cumque ce-
 pissent pueri super equos iam equitare ac currere solebant, et
 vlgus Hungarorum sepissime clamabant Cristopherum ducem fore
 in regem Hungarie. Hec fama valde vigebat inter colonos Hun-
 garorum. Ducissa quidem sepe solebat ad Budam pro necessitate
 provissorem suum eligere Emericum Therek. Quod mater Ludo-
 vici regis sensisset factorem fore in Buda Emericum Therek, re-
 gina Hungarie fecit eum invitare ad prandium et post brandium
 regina incepit Emericum investigare de pueris Ioannis Corvini et
 de uxore sua, ut quomodo viveret et iuvenes quomodo in sanitate
 nascerent. Incepit Emericus Therek regine diversimodi fabulare⁵
 de iuvenibus Corvini, quod, si Deus eos conservare dignetur,
 vere erunt potentissimi. Precipue Cristoferus dux appellatur et
 vlgus Hungarorum nimis optant ad regietatem. Et tunc ait regina⁶
 Hungarie: Filium meum Ludovicum Hungari quo volunt habere.
 Respondit Emericus Therek: Tali forma contentabitur filius tuus,
 sicut dominus meus Ioannes Corvinus, dum vivebat in hunc mun-
 dium. Dixit regina: Audivi et scio, magnifice honorande Eme-
 rice, rogo tete, ut ne festines cito de civitate Budensi nostre. Etiam
 sis ad crastinum apud me ad brandium et insuper donabo te.
 Factor Emericus ducisse ivit ad hospicium. Inde regina fecit vo-
 care Stephanum thesaurarium et Stephanum Bator ac Strigonien-
 sem. Coacte consiliabatur ab eis et de aliis fidelibus suis circiter,
 et aiebant regine: Vere tua reginalis maiestas certe te scias, quod
 somniantur comitates Hungarorum de puero duci Cristoph. Sed⁹
 cum officiali suo Emerico Therek, quam studiose potes, decretum
 habeas cum eo, quia et nos premeditati sumus. Mater Lodovici,
 quam potuit, mentem suam ad intellictum iniecit. Fecit regina ven-
 enum abere de apoteka apotecario suo, ut disponeret bonum, et
 ordinavit apotecarius suos. Et isti prescripti infideles, precipue¹¹
 Stephanus thesaurarius simul cum aliis paribus suis, quatinus
 quidquit regeret in Hungaria Emericus Therek sub officiali suo ac
 gubernaret, totum sibi promittere imperpetuum de filio ad filium
 suum. Quod iam consiliata erat uxor regis Ladislai Kazimiri, Eme-
 ricum rursus cito ad se eciam ad prandium fecit invitare et post
 ipsum sellatum equum duxerunt. Et venit ad prandium et post
 prandium faventissimis verbis cepit obsecrare ac suppliciter depre-
 care, quod, si possis, care domine mi, illos pueros perdere, per-
 das, quia, si illi ad humanitatem pervenient, eciam erit magna strages
 inter Hungaros ac perpera maior, quam nunc. Ergo, domine¹⁴
 Emeric, ut sit pocius evitanda, quam nascenda. Ait Emericus:
 Ignoro et quomodo deberemus evitare. Ait regina: Suscipias mihi
 ad fidem tuam et humanitatem tuam secreto consilium meum et

eris magnificus in Hungaria, quam fuisti priusquam. Quod si sus-¹⁵
ceperis et in consilio meo fideliter perageris, quot arces habebis in
Hungaria sub officiali tuo, ego omnes tibi donabo per bullas pri-
vilegiales cum sigillis pendentibus. Quod audiens Emericus Therek¹⁶
Therek valde deprecantem ac rogantem. Faciam omnino, ad quid
me ortaris, solummodo litteras privilegiales cum sigillis pendentibus
ordinabis mihi priusquam ad manus meas, et phost hec incedam
in mandatis vestre maiestatis. Ait regina: Faciam, ad quid me hortaris,¹⁷
sed tu eciam, ad quicquid hortor, diligenter procurabis, prop-
ter tot possessionibus. Et fecit portare pugillarem et scripsit¹⁸
solum Emericus Therek primum possessionem arcem Gywlensem in-
ter Kereskez, secundum arcem in Zirimio Cherwgh proxime Danu-
bium flui cum pertinenciis, 3ium arcem scripsit Zabattka in Bach
mege cum sessionibus suis, quartum arcem Vilagoswar cum pro-
ventibus suis. Et istam minutam et dedit ad manus regine et re-¹⁹
gina statim cum consiliaris inimicis Ioannis Corvini iam contra li-
beros suos iam determinaverunt, quomodo debent interire et de
mundo eos extirpare. Interim regina fecit vocare Emericum Therek²⁰
et aplicavit et donavit epistolas prescriptas donacionales seu
bullas bullarum et perlegere fecerat, antequam irent ad tradendum
locum, quod perscultasset materias donacionalium. Bene, inquit. Et²¹
insuper regina donare fecit variis carii rebus cum equis quatuor
cuspites et ad expensas duo milia magarcas et spondit, ut esset
cultor bonus ad libitum sue regine, et venenum obtulit ei ad manus.

Cumque iam resumto anhelito suo ad regnum Crovacie per-²²
venisset et ad domum ducisse de equo descendisset, quod lude-
bant pueri filii Corvini Ioannis cum aliis suis coetaneis, et vi-
dissent Emericum officialem suorum, amiserunt ludum et tan-
quam nutricium patrem figierunt. Et dicebant pauperes: Pater mi,²³
pater mi, quid portasti nobis? Et dixit: Portavi, domini filii mei.
Et cuilibet unam unam scutulam parvam protulit ad manus in-
nocentum et erat confectio dulcis et pueri gaudebant taliter ob-
lectamentis. Sed aspidum fuit eis demum et mox casum dederunt²⁴
in egritudinem et in duobus ebdomadis exalaverunt de mundo ad
patrem suorum. Et hoc erat anno 15^o iam.

Quod iam vidisset expletum suum pollicitum et regine ad²⁵
libitum, gratulabatur in se. Et ducissa relicta Ioanni Corvini igno-
rabat filiorum perniciem. Iterum fecit latro Emericus Therek cum²⁶
domina sua rationem reddere et in caucione fecit latro dominam
suam sibi oblicari in quinque milia marcas et cicus statim equi-
taverat ad Hungariam quasi iure in possessione sua et excludere
fecit dominam suam de possessionibus suis legitimis.

Iam paupercula nesciebat quo declinare caput suam. Quod²⁷
hec consenciens dux Laurencius eam esse adhuc cum parva puel-
a, quoniam iam banatum Zen regnicoli Hungarorum Andree Pod
dederant, et iam cum maxima gente preparaverat se ipsum ire ad
banatum Zen occupandum. Et ipsa ducissa ignorabat, ad quam²⁸

partem equitaret, Emericum Therek ad se vocare fecit et cum eo finivisset in bonum finem, quod arcem Gywlensem permitteret domine sue ducisse et ipse quinque milia marcas deponeret ac in super arcem Attya sibi ordinaret a Merico Prini ad rationem sue Emerici Therek. Contentus erat mox latro Emericus Therek, per-²⁹ misit ad arcem ire domine sue Gywlensem.

Intravit ducissa ad Hungariam, quia adhibuerat unam ancil-³⁰ lam nimis pulcram a Ioanne Corvini. Et mox post intrantem arce Gyula occupavit statim arcem Solmus et Lippam civitatem munitam et arcem Vilagoswar et puellam unum magnus dominus nomine Paloci Michael desponsaverat sibi. Senciens latro Emericus,³¹ quod, si generabit liberos de magnifico Paloci, forsan ad futurum vlciscetur ei ad futurum, et unum kokum bonum ordinavit puelle valde arte fercula disponere et coram domina sua quasi mel procedebat verba sua, attamen in corde fel ferebatur. Constituit ad³² sanitatem puelle cokum et coko promisit tres villas dare et in nobilium facere eum. Et ipse latro sponndit et paulatim eciam fecit exalare de mundo. Et cokus saltum fecerat, quod senserant ko-³³ ko latrociniam et ab Emerico optinuit tres villas. Et inde puellam cum magna reverencia sepulta erat apud monachos. Et ego precentor eram in ecclesia parochiali et cum sociis cantaveram psalterium octo personis et octo marcas dederant.

Post hec ista ducissa in maiori viduitate permansit et inde³⁴ Laurencio duci propter fidem iussore sibi totam provinciam Gywlensem fecerat taxare et ex colonis exigere fecit et de auro quintos florenos admisit ad ducem Laurencium, qui erat pugillator fidei bonus.

Ladislaus rex Kazimir habebat unum fratrem germanum no-³⁵ mine Georgium Morkolab et istam ducissam ordinaverant eam ei in matrimonium, dum scribebant 15. 5. anno. Et erat thalamum³⁶ valde ditissime et cum magna pompa ipse advena propter possessionem et propter thesaurum Ioannis Corvini. Et vixit cum ea decem annis et de fetu sua ab ipso prolem nullum potuit habere. The-³⁷ zaurum ab ipsa incepit investigare, illa quidem paupercula abnegabat. Iste magnus riballdus rapuerat et per commes et percusserat valde et ipsa paupercula omnia, quicquid habuerat, totum sibi demonstrare fecit, res preclarissimas regales. Domina nempe³⁸ erat tenua, corruit post verberacionem. Et ipsa exalavit de mundo ad patrem nostrum et ipsam sepellivimus apud monachos cum honore. Et eciam pro ea cantavi psalterium cum decem personis³⁹ scolasticis et laute tractaverunt. Demum iste magnus riballdus tantum ad pompam bibebat, comedebat, ludebat, scortizabat, attamen colonibus erat valde iustus et servabat sine impedimento eos. Et⁴⁰ dicebant: Grates nos referimus, quod tam benignissimum dominum habemus. Et in sporta Dei manemus post decessum regis Ladislai Bohemi. Exivit de Hungaria et ad patriam suam Moravie remeavit. Et ipse non multos dies vixit, sed exalavit de mundo et sic ex-⁴¹ terminatum est generacio regis Mathie per periuros magnates Hungaros etcet.

Iam ibo ad Strigoniensem Thomam archiepiscopum, dum 1
 erat ex rusticale genere. Et audiui eum per Mathiam regem in
 magnum prelatum fore, quare iuvenis erat et solebat semper pre-
 sens esse coram rege. Attamen erat Petri archiepiscopi subditus. 2
 Propter existentiam suam rex valde ceperat diligere, attamen non
 peritus erat, sed semiscolaris erat. Et Deus altissimus et sua for-
 tuna rex dederat ei episcopatum a primis Agriensem, posthec Stri-
 goniensem. Et erat valde astutus et magnus in huius mundi 3
 pompa. Habebat titulum multum, videlicet, scribebat sese tali mo-
 do: Archiepiscopus Strigoniensis, prepositus Tituliensis, episcopus
 Zagrabiensis et consiliarius regiestatis, cardinalis Rome sancti Mar-
 tini in Monte, insuper patriarcha de Constantinopolitane urbis et
 sic de aliis. Tempore suo, dum scribebant 151-o, papa Rome Deo 4
 volente tranlatus esset ad patrem nostrum.

Et ipse cum magna astucia sua unum Thurcum bassam 5
 Natuliensem fecit sibi in filium cum fide. Hic iam prudentiam
 suam bene derivamus. Sub natica sua possuisset et Thurcum iam 6
 predictum donaverat cum rebus variis preciosis, ut apud cesarem
 Turcam inveniret sibi gratiam, quod aliquid proventum de titulo
 patriarche proventum sibi redderet. Et bassa Natuliensis cesari 7
 Turcarum notificavit. Izmail Turcarum intellexit secum, quod eis
 demum esset bene. Letanter promiserunt dare omni anno duo mi-
 lia marchas.

Et erat unus mercator nomine Nicolaus Sanko Dalmata de 8
 civitate Dobrownik, qui linguam habebat Turcalem, linguam Hun-
 garicalem parvam, linguam Italicam, linguam Germanicam, lin-
 guam Slavonicam sew Tracianam. Quamobrem Strigoniensis erat in 9
 consilio regiestatis senior, constituere fecit Nicolaum Sanko, ut
 ipse sit legatus de rege Hungarorum semper ad cesarem etnico-
 rum talis idoneus. Et dominus Strigoniensis ordinavit sibi domum 10
 Bude duas et unam ancillam ad legitimum matrimonium de ge-
 nere Italicam et filiam fisici regis Silvestri. Et cumque sepissime 11
 incepit ambulare in legacione ab Hungaro rege versus Turca-
 rum cesaris, et ipsum Turcarum cesar destruxit, ut pocius ei ser-
 viret fideliter, quam Hungaris. Et pollicitus erat cesari et, quando 12
 iturus fuerat ad Turcam, semper fideliter pronuncciabat de Hun-
 garis bona et mala. Et vadum habebat semper per Danubium flui 13
 versus obposito Bamonstra ultra montem Sirimiensem, ad eciam flui
 Zawa versus Racha obposito semper habebat iter suum egrediens et
 ingrediens. Et Turci ipsum solebant semper cum quinquaginta equi- 14
 tibus explorare usque ad vadum Incha vadum. Et multa res Tur-
 carum mercanciam portabat secum ad Budam et nullus Hungarus
 equitabat cum eo, sed mixtim Turci et Itali. Et vlgus Hungaro- 15
 rum valde dolebant, qui cum finibus habitabant, et semper dice-
 bat coram cunttis fuar limites dicentes: O quomodo statim per-
 dita erit ista nobilissima terra cum gente sua. Et laudabat uti- 16
 que in silvam Zirimiensem et quasi et ipse dolebat. Quandocum-

que presentabat proventum predicta duo milia marcas de cesare Turcarum Thome Strigoniensi, semper sanitatem et prosperitatem referebat a filio suo de basse Natuliensi et comendacionem a cesare. Et in domo sua Bude dedit ad rebus sue Turcalium et inprimis tremebant publice vendere, hawd tamen simulatim et tabulam boti non presumebant infra mitere. Quod mihi in visu contisset, mox admiratus et dicebam: Hic prima tradicio Hungarorum, ergo ve nobis Christianis totis. Quidam eciam dicebant Bude, qui sciebant astuciam Turcarum, quod iam venumdaretur Turcarum mercimonia.

Secunda tradicio per monarchos de sancto Ioanne Baptiste claustrum. Hic atende, lector. De regno Boznensi habebant ibi claustrum residentes et pro colore in Buda tradicionis fecerant conventionem cum tali magistro clam. Et pro quingenta marcas ad claustrum Zonik in Turcia. Et sepe in cappa propter tabule visionis venibant ad Budam vaivode Turcarum cesaris et Ziario solus cesar Turcarum exploraverat Budam in processione festo corporis Cristi. Quod ego sensissem, dicebam gardiano: Credas mihi, frater, quod isti omnes Turci principes. Cur ita permittis hic eos scrutare tam nobilissimam? Dixit garianus mihi: Non credas, domine Georgi, quia isti sunt boni religionis et ad laudem beatissime Marie Virginis faciunt tabulam ditissime ad claustrum Zonik. Iterum ait unus monachus ex eis rusticus, qui erat sutor, inter eos novem annis professionem continebat et erat Dalmata, dixit: Bene dicis, domine Georgi, quia intellexi de loquelis suis et scrutavi, quando ibunt in una cella omnes ad dormiendum. Turcam continent pocius, quam Sclavoniam vel aliam. Et mox iterum suttorem capuerunt et ad carcem positus erat in perpetue. Quisque in capivitate sua vovit votum ad Beatam Virginem Chestakovo, ilico absolutus fuit et mox ad regnum translatus Polonie et perrexit et solvit vota sua. Et in opidulo Sarki matrimonizatus est et optimos liberos habet et unum ad laudem Dei deputavit. Quare in via est opidulus, semper in itineribus meis eis hospitavi.

Tercia tradicio erat a Iudeis Budensibus, quia Iudei solebant venire Turcarum cesaris ad Iudeos Budenses et, quicquid audiebant et sciebant, mox currebant rursus ad urbem Constantinopolim et omnia cesaris fideliter presentabant in sermonibus suis Hungarorum dissensiones. Et ipsi clam vehebant mercimonia Turcarum ad Budam diversa et fatui Hungari mirabantur, unde portarent.

Quarta tradicio erat a Tracianis in Kewi, quoniam et ipsi mercanciam valde exsequuntur. Semper et ipsi mercimonia largiter habebant et vehebant ad Hungariam et in tentoribus suis semper habebant unum vel duos Turkos et sic continue fideliter serviebant Turcarum.

Quinta tradicio erat a Turcarum cesaris per unum mercatorem senem de Brassowo nomine Ieronimus. Et portaverat copios-

sisime de zinziber de Turcia ita, quod admirabantur populi et nimis caro tenebant precium et raro potuebant emere. Et audiens ego ³⁰ cucurri ad eum pro spacio et inter nos lingua cum Traciana prolixavimus et cuncta secreta pandidit mihi. Vidit, sum in sacris et nil in me verebatur. Et semel inter congregacionem Hungarorum et mox lapidare volebant et in fatuum existimabant.

Nicolaum Sanko Hungari volebant exterminare, quod iam vi- ³¹ gebat tradicio sua, attamen ille magnus traditor deffendebat eum Thomas Strigoniensis.

14

Inter hec Stephanus moriturus erat thesaurarius et filium suum ¹ Ioannem Zepusiensem elegerunt regnicole Hungari ad officium in Transsilvania ad waywodatum, dum scribebant anno 151-o. Et erat ² valde fortunatus in bello Christianorum, dum perfecte persistebat, donec non adherebat ad Turcam.

Et Ludovicum regis Ladislai Kazimiri filium coronatus erat ³ in infancia sua, dum erat annorum quinque. Et sensit mater Ludovici regis, quod esset maior dominus in diviciis suis, quam pater ipsius Ladislaus rex. Et semper invidebat Ioannem waivodam ⁴ Transsilvaniensem. Et semel diversas inthoxicaciones fecerat portare de Wenecia et volebat Hungaros magnates inthoxicare in una cena vespertino tempore. Quod Hungari sencientes nunquam regine ⁵ credebant, quia super cenam sola regina extinguere fecerat candellam, quam de Venecia portabant ei.

Et Paulus Kinisi obmutescebat et sic de mundo exalavit ⁶ propter sacerdotem unum in Themeswar, quod ad rotam molendinis fecerat ligare nudum. Et mira res erat, quod molendini rota ⁷ steterat cum sacerdote et in hodierno die civitas est in testimonio sacerdotis. Et dicebat Paulus Kinisi: Vere iracundus est compater meus Deus. Et propter alteram causam, quod decimam episcopi ⁸ Chanadiensis omni anno sibi representare fecerat ad arcem Themeswariensem. Et propter eciam 3iam causam, quod nil curabat de excommunicacione ecclesie. Et post mortem ipsius sus- ⁹ pensa erat anima usque ad annum integrum, quia nocte dieque multa pulsabat et ollas frangellat ac clopernizabat. Hoc videntes ¹⁰ religiosi claustrales et parochus valde famabatur in vita bona sua nomine Demetrius in civitate Themeswar et misertus fuit super compatrem suum Pauli Kinisi, quia filium suum baptizaverat. Fe- ¹¹ cit grande commemoracionem pro anima ipsius et imolare vitulos et ircos ac volatilia occissa pro anima ipsius. Et hostias copiose obtulerat sacerdotibus et religiosis et pauperibus, quamobrem ¹² contra paganos erat valde tutor et fidelis ecclesie. Et ista coram Deo altissimo in mementone faciebant viri adoratores et sic amplius non comparuit.

Alter vero Stephanus Bator volebat in Hungaria tantum, ut ¹³ esset unus episcopus, attamen alter latro infidelis Strigoniensis obstabat ei et hereditates crucis Cristi volebant occupare ad cokui-

nam eorum. Et, mira res, signum malum super eum descendit. In 14
 fatuitatem sensatum deveniebat et fugiebat per campos et silvas
 circuebat cum delira cancione et sic ipse transnigravit de mundo.

15

In Roma sine episcopo carebant. Et miserunt litteras post 1
 Thomam archiepiscopum Strigoniensem, ut veniret ad conscite-
 rium eligere papam. Audens et perlegens epistolas cardinalium 2
 Ladislao regi intravit ad Budam et cum eo tractavit multa, quat-
 tinus faceret congregacionem partim sew vocare privatim magna-
 tes, qui iam erant iuvenes, ut cum scitu eorum intraret ad Ro-
 mam papam eligere.

Rex illico epistolas misit ad Laurencium ducem, quia adhuc 3
 vivebat, et ad secundum magnificum ad Themeswar Stephanum
 Batori, ad 3ium vayvodam Transilvaniensem Ioanni Sepusiensi.
 Et sic singulis precepit rex Ladislaus, ut veniret, etenim arduum 4
 negocium haberent. Et venerunt ad Budam, quilibet ad domum
 suam descendit et secundo die intraverunt ad regem in concilio.
 Et Thomas archiepiscopus sedens inter eos, quia ipse iam erat se- 5
 nior in consilio regiestatis et Strigoniensis referavit questionem
 suam, quod ex Dei gracia Roma cupiunt me esse in eleccionem
 papalium. Et responderunt magnates Hungari unanimiter: Bene 6
 ad nostram Hungarorum honoris et ad agmentum. Et ait Strigo-
 niensis, tanquam pater inter eos constituebatur, quia adolescentes
 erant: Bonum essetne, si crucem sanctam portarem de Roma, qui
 erit novissimus sanctissimus contra Turcas cum autoritate summa
 indulgenciarum pena et a culpa. Quodcumque audientes magnates 7
 adolescentes insimul clamantes et dicentes: Bene, bene, venerabi-
 lis pater noster archiepiscope, et nequaquam aliud fiat. Tamen
 scribis te esse inter aliis titulis vestris patriarcham Constantinapo-
 litane urbis. Et ait Strigoniensis: Propter hec et ego volo. Et sic
 breviter determinaverunt conventiculam eorum. Strigoniensis ivit ad 8
 prelaturam suam et quam percipite incepit se preparare de die
 in diem ad Romanam sedem ire et cum gemmis, aureis indutis
 et aliis variis cum hornamentis et decem kolas, id est, quadrigas
 aureatas et hornatas et tantum lectilia sua habebat intus positas
 et curiam suam magnos et parvos quattuor modis indusias pre-
 parare iusserat. In primis ad tricenta familiam disponere fecerat 9
 de purpureo viridi aureo coloris, secundo disponere fecerat de albo
 thabit tricenta, 3io disponere fecerat tricenta indumenta de ru-
 beis, videlicet, de atlasio ac de purpureo aure et sic de aliis vari-
 is rubri coloris, quarto disponere fecerat ad tricenta personas de
 purpureo nigro coloris indusias sew vestes. Et ad viam tres vasa 10
 vina ordinaverat in pinche palazk. Et sic ad iter suum cepit ire et the-
 zaurum suum ad mensam suam decem magnos curros sarcinare
 fecerat, id est, pohar aztolhoz walo. Cumque pervenisset proxime Thi- 11
 beris, quod audientes ipsum venientem Romam et hornaverat vi-
 cos civitatis et theatrum. Et audisset Thomas archiepiscopus horn-
 namentum civitatem, mox precepit factore suo, ut exdaret inpri-

mis purpureas aureas de viridi coloris, ut indurent sese. Quidam¹²
 erat una vestis gemmis fisura, quidam vestis erat cum lapidibus
 preciosis fabricata et sic de singulis. Ista hec ego visurus sum
 oculis meis. Quod Romani admirabantur de tali hornamentis di-
 viciarum suarum Hungaro uno, quod tam ditissime intrasset ad¹³
 Romam, ita fertur dixisse, quod cesari Turcarum in scriptis pro-
 tullissent scrutatores sui. Cumque descendisset ad palacium suum,¹⁴
 percepit kokos suos, ut quilibet habeat auream vittam ad caput
 suum, id est, fekofo et in veste purpureo vel serico. Et fecit hornare¹⁵
 cum aureis vasculis et vasis argenteis adecem mensas et unam
 mensam longam more Itolorum et ad viginti quinque scutellas
 aureas apprehendere fercula. Et ad tertium diem fecit invitare¹⁶
 cardinales. Et unus ex eis Georgius senior neglexit ire ad pran-
 dium suum. Et Thomas rotipar fecit alios prelatos claustrales et
 doctores ad prandium suum venire et inpleverunt mensam et ad
 tres dies hospitavit eos. Et vox erat valde ad Thomam rotipar¹⁷
 wlgata, ut ipse fieret papa. Aliqui dicebant: Non alia gens, sed
 sit Italus, sicut antequam. Ait dominus Strigoniensis: Intramus ad
 consistorium et quilibet abeat vocem suam in scedulis. Et sic fac-
 tum erat. Volebat senior Georgius, ut ipse esset. Dixit Thomas¹⁸
 Strigoniensis: Sed, cui sors redux erit, ille fiat inter se. Ozwewe-
 zenek ambo, Georgius senior et iste Hungarus erat secundus se-
 nior. Nil pepererat sibi: Quid tu habes divicias contra me, tot pe-
 cuniam habeo, quod plateas vicos Rome, quod possumus cuntha¹⁹
 introseminare. Respondit Thomas rotipar: Ego tot habeo argentum,²⁰
 quod duobus annis non possunt concutere ducenta monetari. Et
 quilibet postea posuit vocem et numerare ceperunt et minus vox
 una, quod Hungarum in papam non contingisset, quod omnes vo-
 lebant Itali esse Strigoniensem. Georgium contingebat: Vere nec²¹
 tu eris, si ego non. Et vocem suam cum aliorum sortibus imposuit
 et, qui minor erat inter eos, ad eum porrexit sortes. Et iste erat²²
 decimus Leo. Et duravit duodecim annos et erat valde musicus et
 iste composuerat unam mutetam: Quis, pro nobis, contra nos, si
 Deus est nobiscum.

Et Thomas rotipar residenciam habuerat quattuor annis et,²³
 quod scribebant 1514., et movit se versus Hungariam. Et valde
 Itali volebant ipsum intoxicare, ut inter eos potuissent dividere bo-
 na sua, attamen mandaverat firmiter thapiferis et cratiferis in potu
 et cocorum, ut essent sobri et vigiles. Semel portaverant sibi pi-
 sces vivos in dono; cumque viscerabant, et invenerunt in pisci-
 bus scorpiones multos et dixerunt archiepiscopi Thome. Et per-
 misit, ut in foro emerent omnia ad coquinam et nil aliud facerent.²⁵
 Et cum magna autoritate indulgenciarum pena et a culpa ut es-
 set commissarius ad Hungariam. Et sic factum. Cumque venerat ad²⁶
 limites Hungarorum, tota Hungaria plaudebat de venturitate sua,
 quod contra paganos rubeam crucem portaret. Et omnes iam pre-
 parabant arma bellica, ut intraret ad beneficium suum patriarchem
 in urbem Constantinopolitanam.

Cumque audissent, Agarena gens fugam dabant ultra mare 27
 et claves promiserant dare arce Zendereuiensi ad banatum Nandoralbam nomine Emerico Therek. Iste latro quidem nil curabat 28
 de nobilissima arce Nandoralbensi, ut edificium faceret de co-
 perturis aut de victu alimoniarum aut pixides abundaret in ea nil,
 sed ad perdendum promisserat. Attamen omni anno quinque 29
 comitates faciebat censum exigere ab eis et cum illa summa pecu-
 niarum arces et possessiones solebat emere et in arche Nandoral-
 bensi et in Sabach semipaganos suos intrare cogeabat, quia sine
 mensenaria serviebant et quilibet de domo sua portabat victum
 ad unam mensem, post unam mensem alii veniebant laici. Et sem- 30
 per solebant apud patrem meum hospitare in civitate Camonch
 et coram patre meo conquerebantur et dicebat pater: Avertat Deus,
 quod si ista arx erit in manibus Turcarum, toti Christianitatis erit
 maxima plaga dissensionis. Et demum prophecia inpleta fuit pa-
 tris mei.

Inde quidem sencientes venientem legatum de Roma ad Bu- 31
 dam magnates domini Hungarorum variisque cum acie obposito
 sibi circumveniebant qui ad octo miliaria, quidam ad decem mi-
 liaria, quidam ad quattuor, quidam ad tres et sic de singulis. Et 32
 civitate Budensi ac de Pesth, quotquot habebant parochos et clau-
 strales, cum processione decora ac magna de Veteri Buda sub
 velamine introduxerunt ad civitatem Budensem, cum hymnis et
 canticis spiritales cantabant, alii quidem principibus cum tubis
 multis et cum timpanistis. Et de equo gradario suo benedictiones 33
 ponebat cum digitis suis et crucem aureatam magnum coram
 ipso vehentes et tanquam Dei personam venerabant totus vlgus,
 curvo poplite adorabant cum cruce eum et gratias clamantes age-
 bant ei. Et cum magna pompa descenderat ad domum suam Bu- 34
 densem et posthec magnates ad prandium invitare fecit et in tri-
 bus diebus pransit eos.

Et erat eodem tempore anno in confinibus unus miles no- 1
 mine Georgius Zekel et furibundus eodem anno cum uno Turko
 duellum abebat sub Nandoralba in Carnis privium. Et erat iste
 Turcus famosissimus in arce Zendere et nemo ex militaribus Hun-
 garorum presumebat accipere, solummodo Georgius Siculus. Pro- 2
 recta fide Turcus tenebat fidem suam Macumeti prophete, ille
 Georgius predictus affirmabat esse fidem Ihesu Christi filii virgi-
 nis Marie. Et proposuerunt diem duellacionis. Cumque dies pro- 3
 positus iam apropinquasset, in campo sub Nandoralba incepterunt
 inter se super equos quilibet sese exercere. Et posthec Turcus
 stetit ex parte Hungaris, miles Hungarus ex parte Turcarum. In 4
 vicem equaliter cum hastis currerunt et recta fides nostra Chri-
 stianorum ilico aprobata erat, quia miles Christianus Georgius Tur-
 cum vlnervavit et manum dexteram totaliter cum framea sua ab-
 scidit et regi Bohemo ad Budam representavit. Et rex cum du- 5

centis aureis donare fecit et precepit episcopo Chanadiensi Nicolao Chaki, ut sibi redderet. Georgium militem aulici registatis duxerant ad hospiciam episcopi predicti et episcopus male ipsum increpare fecit et miles valde ira commotus, quod tali modo militem dedecoris verbis nemo contullisset ei.

Et venit ad legatum Strigoniensem et optime salutavit sibi et magnam querelam iniecit sibi, quod rex promississet dare per dominum episcopum Chanadiensem ducenta florenos propter pugilarem meum iuxta fidem Christianam cum Ismaelitico Turko et manum cum framea sua dexteram representaveram registatis et insuper illicitis verbis me increpavit. Audiens archiepiscopus ait ad Georgium militem: Accipe sanctam crucem cum indulgentiis auctoritatibus contra Izmaelitarum et nos volumus omnes unanimiter cum insimul cum barronibus Hungarorum et nobilibus et ignobilibus cuncti Hungari, qui arma possunt capere in manibus suis. Siccius Georgius audiens ait: O utinam, domine sancte pater in spirituali, nil mihi in mundo, solummodo mortem meam contra paganos expugnare possem. Et nunc leviter possumus intrare ad regnum Grecorum propter animas Christianorum absolventi et in beneficium patriarcharum Constantinopolim urbem mancipare. Ait commissarius: Cras venias et rubeum sanctam crucem de pano scarlasio supra consuere et consecrare faciam.

Secundo die venit cum decem militibus et ad modum accepit sacello s. Georgi sanctam crucem et consecrans in decem militibus in die sancti Georgi martiris, dum scribebant anno 15. quarto, crucigerorum bella movit et ipsum Georgium in belli ductorem et archiepiscopus Strigoniensis ad expensis sibi intulit centum florenos. Georgius Siculus festum suum cum honore solennizavit et enceniavit et fecit iuxta clamare sancti Georgi martiris capelle ad sanctam crucem accipere pena et a culpa, cum iam ebrius fuisset post brandium. Et illico multitudo conveniebant viri famosissimi et sedens super equum suum in teatro sancti Georgi martiris iactat se ipsum cum equo et in momento tricenta equites steterunt proximus. Et ad ultra Pesth in uno hospicio in Zenthfalwa descendit et iterum clamare fecit ad sanctam iuxta crucem venire, veniat ad redimenda animas suas a peccatis suis. Et venerunt multi etiam tricenta equites. Iam summa facit sexcenta virorum et venit ad Tizavarsan. Ibi tali modo clamare fecit venire ad sanctam crucem accipere pena et acculpa et venerunt etiam tricenta equites et tricenta pedites et prompti erant iuxta sanctam crucem mortem. Et venit posthec ad Naghtur, ibi etiam clamare fecit pena et a culpa accipere sanctam rubeam crucem et venerunt assumere ad sanctam crucem quam octo centa.

Interim exactorem censum invenit et habebat quinque marcas in paratis pecunis. Ipsum occidit et pecuniam abstulit. Et ordinavit iam Georgius Siculus tubicinatores cum timpanisticarum. Disposuit et surrexit iterum de Naghtur et cum eo parochus Ambrosius de Wenyha cum una caterva. Et erat bacularius Krakovi-

ensis et erat furibundus, attamen inbutus erat in omni sciencia. Quod apiniquasset castorem Georgi Siculi, se ipsum intro commendavit, quod notarium non habebat. Placuit sibi Georgio Siculi 18 et iuxta flui movit sese ad Heghe et ibi gentem suam computavit. Et castra 19 metatus erat eciam iuxta Bekes et clamare iterum fecit, ut venirent accipere sanctam crucem, quem pater noster sanctissimus Thomas archiepiscopus de sancta civitate Roma portavit ad salutem nostram et ad coronam celestem accipere. Bene prophetabat 20 et sic repletum deum. Quodcumque audientes Scitica gens Hungara multi confluebant ad eum. Et iste Ambrosius sacerdos 21 notarius dedit auctoritatem sibi consecrandi gentem ad sanctam crucem et fecit predicto notario suo epistolas ad regem et ad legatum Thomam archiepiscopum: Iam moveat se cum acie, quantum potesth, sanctissima paternitas sua post me, quia iam habeo 22 decem milia equites, milia pedites, et ego volo ipsum introducere ad urbem Constantinopolim in patriarchatum suum. Eodem tempore 23 moderni magnates nil curabant ire iam adversus paganorum, quia insolerti erant.

Vidit et audivit rex Ladislaus Bohemus, quod presumtuose 24 dedisset auctoritatem archiepiscopus talii latrono. Qui cum rege erant aulici, arguebant cum legato Hungari, quod intestinum bellum natum fecisset. Archiepiscopus dixit: Nonne vos rogastis me 25 ducere sanctam crucem adversus Ismaeliticos. Iam surgamus et eamus post belli ductorem meum Siculum Georgium. Ipsi nequaquam voluerunt, qui insoliti erant bellare. Et legatus vidit eorum 26 nequiciam segnicie et ipse tacui et scripsit litteras Georgio Siculo, ut et ipse cessaret et a bello congregaciones, quoniam magnates negligere valent. Quod littere allate erant Georgio Siculo. Ira 27 commotus: Non sum puer, non sum ego delirus, ut vltis me deludere. Per Deum et per sanctam crucem corripiam vos. Quod 28 hec verba sencientes barrones, principes, prelati et alii domini Hungari fecerunt unam conventiculam, quod, si non desistat Georgius Siculus de sancta cruce, extunc volumus te exterminare. Quod iam de congregacione dominorum littere misse erant ad Georgium 29 Siculum et in manibus allate erant, perlegere fecit suo notario predicto.

Quod iam intellexisset dominorum principum nollenciam eorum 30 contra Turcas, sed pocius contra sanctam crucem vellent pocius impugnare, quod iam viginti milia virorum habebat sub se, nil terrebat contra dominos. Interim venit unus sacerdos Laurentius 31 nomine cum magna caterva quam duo milia hominum et alter venit unus scolasticus nomine Stephanus Balogh cum tricentis pedibus et ipse cum gente sua intro se ipsum denotavit.

Et iam Georgius movit aciem suam ad Gywla iuxta Crisi flui et 32 in campo castra metatus est et Ziario ibi denumeravit gentem suam et summam invenerunt numero triginta tres milia virorum cum equitibus pedites. Et Stephanum Balogh predictum direxit cum duo milia 33

hominum ad vadum recuperandum in Abad ob angorium Chanad. Altera parte quidem simulatim magnates domini Hungari congre- 34
gaverant extunc magnum exercitum. Stephanus Bator de Themes-
war et alter episcopus Nicolaus Chaki de Chanad et vicecomitates
quilibet nobilium surrexerunt contra cruciferos. Deinde Stephanus 35
Balogh occupaverat vadum Abad Morosium flui. Exinde ispanus
Stephanus et episcopus invaserunt ad Stephanum Balogh et stete-
runt. Bis impetum fecerunt ad pugnam et pugillum magnum in- 36
ierunt inter se, quam una hora, non poterant demum de cruciferis
castorem accipere ab eis et valde difficile acceperunt ab eis. Ste- 37
phanus Balogh fugam dedit adominum suum Georgium Siculum
et omnia predixit, quod essent percussi et predati a magnatibus
et a nobilibus et effusio sanguis eorum maxima fuisset. Et alii 38
eciam quidem colonii multi submersi sunt in fluio Marusii. Quod
iam principes et nobiles gaudebant de spoliis lucro et equitaverunt
posthec ad opidulum Naghlak, et ibi nobiles castra metati sunt cum
citaris et in sambucis fistulabant, cantabant, gratulabant.

Inde archiepiscopus sciencium perniciem crucigerorum fecit 39
clamare sub anathema excomunicacionis, ut descenderet omnis cru-
ciger ad domum suam, legatus Strigoniensis quare providisset maxi-
mam dissensionem in regno Hungarie. Aulici regiestatis dicebant : 40
Antequam debuisses hec perniciem cogitare, iam gens multa sur-
rexit, difficile est iam extinguere.

Inde quidem Georgius Siculus explorasset eos, quod valde 41
episcopus et Stephanus Bator et alii nobiles gratulabantur. In pro-
festo s. Laurenti martiris movit aciem suam Georgius Siculus tam
celeriter in una nocte post completorium et sol iam ortus erat. At-
tamen duodecim milia erat ad Gywlam et obsedit mane arcem
iuxta flui Naghlak super dominos Hungarorum. Et gens multitudo 42
de opidulo domorum, cum coperturas cito compleverat fossam arcis
usque ad sumum, et incenderunt. Stephanus Bator adhuc in lecto
iacebat de copiosa potacionis vini Sirimiensis et alii sic. Ipse ewa- 43
serat tali modo, videlicet, nudis pedibus sine pilio in una camisia
ad Themeswar currebat super unam cavellam sine sella et capel-
lanus suus Laurentius disponebat et sic ewaserat ad Themeswar.
Inde, quod ceperat arx comburri ab igne cum magna flamma, epi- 44
scopus Nicolaus fugam dederat versus Chanad. Attamen in itineribus
cruciferi apropinquantes eum et vinctum deduxerunt eum ad Georgi-
um Siculum cum uno comitu nomine Petro Rawazdi. Ait mox Georgi- 45
us Siculus ad episcopum: Bene venisti, recorda, domine episcope,
quomodo transsattis temporibus Bude promiserat tibi dare ac man-
daverat mihi ducenta markas ad mensam meam militariam et negle-
xisti. Insuper illicitis verbis tuis vituperasti tanquam latronem. Equi- 46
dem ego pro te et pro horphanis et viduis et propter innocentes
contra paganos sanguinem meum fudi et me ingratum assumssit. Prece- 47
pit bubulcis dicens sic verba Hungaricale: Korpazd ez bestiet. Mox
capientes episcopum predittum et ad pa:um traxerunt pedibus supra.
Et Petrum Rawzdi ad modum crucis affigi preceperat et alios 48
nobiles cum cruciferis ad terram prostrare cogit cum gladiis.

Iste Stephanus Bator de Themeswar officialis iterum cum multis nobilibus congregaverat adversus Georgium Siculum gentem. Quod audiens Georgius Siculus movit exercitum suum repente cruciferos a Naglak et cum eis erat gens Traciana maior pars. Cumque intuentes crucigerorum agmina, pre timore dederunt fugam et sequebantur eos repente usque ad civitatem Themesvar. Et super eos obsedit arcem Themeswar ac recludit eos et in duabus mensibus in festo s. Laurenti expugnaverat arcem predictam usque ad festum s. Michaelis archangelis, ita quod iam non habebant victum et equinas carnes iam solebant comedere. Ioannes quidem Sepusiensis waivoda Transilvaniensis nil curabat et Stephanus Bator de Themeswar cum suis nobilibus et ignobilibus supplicabat ac cum spe magna ob amorem Dei omnipotentis et eiusdem genitricis, quod deliberaret eum suis predictis de fauce leonis, quia sumus in magna desperatione, quod dira morte morimur. Et post decesum ad futurum vestram m. Ladislai et fili sui Ludovici te volumus coronari et epistolas manuscriptas destinavit ad Ioannem waivodam Transilvaniensem. Cumque allate forent littere ad manus waivode et perlegisset ac intellexisset, clamare fecit iterum bellum. Et cum haberet multitudinem, movit se cum acie sua et armigeros et huzarones ordinaverat. Hic iam tertia perfidia crescit, bene percipias in mente, lector. Ad fidem suam scripsit epistolam Georgio, quod non premeditaret, quia et ego tecum esto, et in litteris datum scribebant ad sedecimum diem. Ait Georgius Siculus cruciferis: Ecce dominus waivoda venit ad nostram protectionem, ecce litteram ipsius sub fide sua scripta nil timemus. Crucigeri quidem dicebant: Magnifice domine, nichilominus ei credamus, quia Characterina est, hoc est, effeminatus homo est.

Ante sedecim diebus ad quintum diem de Transilvania ad Temeswar steterat cum turma sua. Mox clamare fecit ad populum crucigerorum, quia erant coloni pauperes perpersi et lenti. Quilibet iam ad domum intendebat ad liberos suos propter iemem cumulare vittum.

Et de crucigerorum erat unus Tracianus miles, mox cum gente sua Racionorum adhesit ad waivodam Transilvaniensem. Et cum iste Radozaw duellum inegit contra Georgium Siculum, quod videns infidelem Racionum, ira commotus et sibito iussi fecit portare equum suum et habebat iam equos septuaginta duos habebat et celeriter sedit super eum et lanceam suam vimbravit in manibus et impetum fecit contra Radozaw et inprimis proiecit ad terram et capud amputavit de dorso. Quod vidissent crucigerorum turma, lesum clamaverunt, ut iam eciam contra waywodam libenti animo debellant. Quoniam iam animati erant, dixit eis Georgius Siculus: Eya, milites, nil territi sitis, ecce ego prius explorabo exercitum wayvode, quia ego astutus sum bellandi, astutus sum ewadendi. Inde quidem waivoda eciam clamare fecit ad fidem, quod nullus crucifer timeat, solummodo adhereant ad nos et habeant signum quilibet in pi-

lio capitis viridem folia querci. Quod Georgius scrutaret gentem 14
 vaivode, cognoverunt eum milites vaivode, solus super equum
 scrutaret. Mox post ipsum celeriter cucurrerunt super veloces equos,
 nomine Petrus Petrovit. Cum aproinquasset, de equo suo Georgi-
 um cum hasta deposuit ad terram difficile sine lesione mortis. Et 15
 Petrovit blanda sua verba iecor suum edomavit, quod nil timeas,
 frater mi amabilis Georgi, tamen graciosus loannes vaivoda, ad
 fidem meam nil perterreris. Et duxit pacifice ad Ioannem Zepusi- 16
 ensem. Quod iam Georgius gratiam impetrasset a Ioanne vaivo-
 da, confortavit eum, ut esset pacifice et nil ei nocuum foret.

Inde quidem, quod belli ductor cruciferorum fuisset captus, 17
 qui habebant equum velocem, currebant, quo potuerunt. Pedites in-
 simul congregati stetissent contra vaivodam, ut usque pugillarem
 haberent cum eo. Quod vidisset vaivoda Ioannes, adhuc perfecti 18
 in corde suorum, iterum fecit clamare Ziario ad fidem suam, ut
 quilibet eat ad domum suam congregare alimoniam ad iemem. Quod 19
 credidissent, incepterunt pauperes cum gladiis nobiles eos sauciare
 ad colare et multos vinctos perducerent ad vaivodam. Et Georgium 20
 dire fecerunt in vinculis tenere et iam de arce Themeswar extra
 impetum fecerunt ad reliquam crucigerorum et multos exterminare
 agebant.

Iam cladem Georgi quod perfecissent et magnates Hungaro- 21
 rum congregati fuissent, et maximam gratiarum accionem fecerunt
 vaivode Transilvaniensi, quod deliberasset de leonis fauce. Et val- 22
 de commendabant se ipsos imperpetuum in serviciis suis, quod, si
 regnum Hungarie in defectum evenerit absque principe, extunc in
 regem deputamus the. Quod solummodo trade nobis manibus nostris 23
 Georgium Siculum, ut mattemus eum dira morte, quia in Hungaria
 strages fecit cum igne et cum gladio. Ait Ioannes vaivoda: Geor-
 gius habet gratiam per germanum meum Petrovit sub fide mei et
 ipsi. Domine vaivoda, nil erit ad gravandum consciencie vestre, so- 24
 lummodo voluntas nostra sit acceptabile apud vestram magnificen-
 ciam. Et sic variis modis sermonibus deprecabantur et concessit
 eis. Quod sensisset Georgius perniciam suam per manus iniquo- 25
 rum, ait Georgius Sicul.: Domine vaivoda, noli me interficere, quia
 ad futurum tibi multa possum servire, quam tota nobilitas Hun-
 garorum, quia istos bestiales multa passurus eris. Vaivoda hec 26
 verba Georgi siluit et infideles capientes ipsum et posuerunt eum
 sub terram ad unam cavernam ad tercium diem. Post tercium diem 27
 congregantes ad tribunal et coram eis adductus est et dixit: Rogo
 ad fidem tuam promissam, domine vaivoda, ut tantum germanum
 meum ne interficere permitas, quia melior est miles, quam ego.
 Inimici iudices erant. Et dixit: Ducite ad Budam, ut fiat generalis 28
 sententia, si culpa mea est aut non. Nolumus nos. Ordinaverunt
 farahones cum carbonibus et cum forcibus et de ferro unam coran-
 nam preparaverunt et in igne copioso posuerunt et cum forcibus
 de igne traxerunt. Quod iam bene fulgescebat, ad caput Georgi 29
 apposuerunt. Sic fertur dixisse, nil motus fuit, sed pacienter sus-
 tenuit. Et secundo super carbones fecerunt, quod bene ignitum

foret, etiam ad caput posuerunt coronam. Et 3iario admodum. Posthec, qui captivi tenebantur, bubulci, id est, hayduk aut decem 29 circumdantes et exuere fecerunt nudum et cum bubulcis predictis ad devorandum compellebant. Et sic una hora devoratus eratis 31 omnia pacifice sustinebat: Ego a paganis hec siciebam semper iuxta sanctam crucem et, ecce, a fratribus meis perpressus sum. Ut quasi secundus martir Georgius Macedonensis fuisset, et ad- 32 mirabantur, quod pacienter sufferavit. Et coram ipso germanum suum Gregorium Sekel frustratim secatus erant, et posthec vunculo suo Georgio Zekel in tercio caput suum amputare fecerunt in die Demetri martiris. Et ad Zeghed capud destinaverunt, quamobrem 33 ipsi adherebant ei et caput Zeghediensis observaverunt tanquam reliquiam, alii quidem deridebant. Et sic tripliciter habuit calami- 34 tates in statera sua, videlicet, inprimis ignito ferreo corona, secundo sceram suam laniantes dentibus suis bubulci, 3io capite privatus. Ecce, Georgi Sicule, tua prophecia iam pleta est, dicebat, dum 35 sanctam crucem consecrabant super eum, quando dicebat: Venite post me, fratres mei, ad coronandum contra pagano et per infideles Hungarorum. Et sic finvit vitam suam.

Secundo surrexerat unus sacerdos nomine Laurencius pap, 36 tam fortis vir erat et strenuus miles, consurrexerat sanctam crucem, dum sumserat cum multa gente. Et ipse multos infideles expugnare 37 solebat, qui adversus eum consurgebant, et erat valde famosissimus vir. Et Paulum Thomori dominus vaiwoda erexit post ipsum. Cumque 38 sensisset, Georgium tam crudeli morte et fraude fide eum decepissent, et erat cum turma sua iuxta opidum Bihar et multa devastaciones et spolia ac sanguinem defudens inter fideles Waradienses expugnaverat. Et Ieronimus cantor miro modo vociferatus erat 39 et Laurencius pap adherebat per voluntatem suam de Waradino occurrens ad Kerezszegh. Ibi etiam nobiles et barrones castigavit et stragem magnam fecerat et arcem Kerezszegh obsederat. Inde 40 rursum de Varadino factor Gregorius Pestieni promisit se ipsum, cum nobilibus et ignobilibus contra Laurencium pap occurrit. Et 41 quod senciens Laurencius pap mox castra sua versit contra eos et ictum fecit cum eis et usque ad Varadinum secavit eos et multa cadavera per terra numerabant. Et inde adversus Zoliom arcem 42 obsederat ad infideles, quia et ipsi multa crucigerorum cruciabantur, et cum colonibus multitudine impetum fecit ad arcem Zolyom et acceperat. Et multos ipse etiam talenta eis proposuisset, hoc 43 est, eadem mensura remeciebat. Cum audiesset iam Paulum Thomori existentem cum turma sua in Varadino, inde nempe et ipse castra metatus existit proxime opidum Bihar. Paulus Thomori sen- 44 ciens ipsum fore in Bihar cum multitudine, non festinavit contra eum Laurencium pap, quia studiosus erat in bellica arma expugnare. Fecit clamare, ut, quicumque colonus vlt ad domum suam 45 remeare, ad fidem meam et ad fidem vaiwode Ioannis et ad fidem regnicolarum libenter potest ire. Quodcumque audientes unam, binatim nocte saltum faciebant. Quod vidisset Laurencius pap, 46

terrui in se, reliquam gentem suam confortavit et consultavit, quod, si Deus altissimus, vittoriam optinemus, quilibet nobilium habebit. Paulus Tomori movit se. Quod sensisset Laurencium 47
 pauca gente, ex utraque parte ad faciem steterunt et impetum habuerunt. Ibi crucigeri dewicti sunt. Laurencius pap fugam dedit ad Zilah. Inde quidem crucigeros omnes ad terram prostraverunt. Hic, lector, fides iam destructa est Hungarorum. Demum intellexerunt coloni, quod esset devictus Laurencius pap, et consilium 48
 inter se decreverunt ad modum: Capiamus Laurencium pap et ducamus ad vaivodam et nobis gratiam impetrare possimus. Et sic admodum captum deduxerunt ad vaivodam Transilvaniensem et gratiam obtinuerunt. Et Laurencium exuerunt et corpus divinum 49
 apud se reperissent et cum hoc damnaverunt ad mortem. Et Koloswar ad verum traxerunt et magnum ignem straverunt et iuxta ignem assaverunt et sic martirium optinuit.

Alius quidem belli ductor erat crucigerorum in Sirimio Benedictus Nagh cum magna multitudine iuxta vadum Kamonch. Milites sensissent iam in finibus, qui habitabant in arche Alba et de Sabach, bella preparaverant. Et celeriter cucurerunt contra cruciferos et istos pauperes debellaverunt et predam eorum abstulerunt. Et ductor belli crucigerorum fugam arripuit et, quod sensissent, mox post ipsum vicebanus Balasco de arche Nandoralba de villa ad villam. Et imPerlek captus fuit et ad Budam duxit 52
 predictus banus Benedictum Nagh et unum mercatorem de Chanadh nacione et 3ium unum monachum et alio multos captivos. Istos nempe Benedictum ad quatuor partes scinderunt, alios excoriati fuerant, alios, Erle, assaverunt et sic exterminaverant.

Eamus ad Stephanum Ballogh. Quod audisset iam pernicies 53
 suas gentes cruciferos et erat ad partes Makach, nocte exiit de gente sua et fugam dedit ad Transsalpes. Quod ipse studiose ewasisset, nunquam comparuit et fertur dixisse, quod in religione measse.

18

Quod iam intestinum bellum desedavissent et iam nullum 1
 rumorem haberent, congregacionem magnam fecerant in Buda vel in Rakos. Timebat rex Ladislaus, timebat archiepiscopus Strigoniensis in se, atamen studiosse omnia ewaderent mortem. Quod 2
 iam tota Hungara gens insimul congregati forent, et clamant contra Strigoniensem et vituperabant Strigoniensem et blasphemabant verbis dedecoris et valde infestabant eum. Sed Thomas rotipar nil curabat. Et sic demum obliti fuerant.

Et istum Ioannem Sepusiensem ad cellum extollebant et sic 3
 laudabant: Tu redemptor noster, tu es fulcimen toti Hungarie. Toti Hungaria iuraverunt ei, quod si contingerit regi Ladislao, quod alium nequaquam volumus in regem Hungarie, solummodo vestram m. Et ait Ioannes vaivoda: Non credam, donec principaliter nomina 4
 vestra in litteris. Ipsi mox concesserunt et portaverunt magnam coporturam et scripserunt quilibet nomina sua sub sigillis pendentibus.

Posthec Ioannes vaivoda erat iam in Hungaria famosus vir⁵ ad bellandum, ita quod Turcarum cesar ab ipso tremebat, ita quod existimabat se ipsum magnum Alexandrum. Congregavit gentem⁶ noviter rursus et transfretavit per aquam Ister et per aquam Zavam et obsedere fecit archem Sarno cum barronibus Hungarorum et cum ingeniis. Et quod sagitare ceperunt arcem Turcarum bene et valde ad ruinam dabat se. Quod iam vidissent Hungari arcem⁷ leviter ad ocupandum, dixerunt ad Ioannem vaivodam: Ne amplius sagitare arcem noceatis, quia ista arx est iam registatis. Hic Ioannes in dubium ac dolore cordis cecidit, quia ipse volebat pro se.

Et habebat unum militem Chehtingher, qui erat strenuus in⁸ militia sua. Ipse cum caterva sua ad impetum cucurrit et bene per ianuam arcis intrabant. Attamen Turci adaucter et e converso extra expugnauerant. Inde de Zendere Turci, qui habitabant in⁹ confinibus suis, in magnam catervam cumulati erant et ilico contra Hungaros ad facie steterunt. Antequam dicebant, quod non esset Turcus, et nil premeditabant, solummodo in una camisia in Maii mense cedebat in castoribus suis. Quod sensissent Turcum iam¹⁰ ad faciem eorum stetisse, non acceperunt ad trufandum. Cito ad harch preparaverant se ipsos et Deo adiuante valde optinebant lucrum. Tanto melius hausi erant et, cumque agmina Turcarum¹¹ apropinquassent, quod viderunt Hungari multitudinem paganorum, arripuerunt statim fugam versus Nandoralbam arcem. Et magna duo miliaria constat abinvicem. Quod vidissent de arce in monte¹² Turci, clamabant admodum de Sarno more linguarum Turci dicentes: Casti kauor, casti cauor, incessanter, quod vidissent fugam Hungarorum. Et celeriter mox exsequebantur eos et libere confligebant eos usque ad portam arcis Nandoralbam. Et in fuga fa-¹³ tuus Valentinus fugebat. Et unus strenuus miles, ut ne fugarent, sed adversus eos contra starent, cumque apropinquasset Valentinum fatuum, ait ei: Quid fugis, fatue. Et e converso ait: Quare¹⁴ tu fugis, si es maximus cautus. Vaivoda quidem iam diu in arce Alba fuerat et ibi magnam verecundiam habuerunt. Et iam erat anno 1514^o.

Post obitum Emerici palatini fecerunt iterum congregacionem¹⁵ Hungari magnam anno domini 1515. Post obitum Ladislai regis eciam. Et succeserat ad filium Ludovici regnum Hungarie, attamen puer erat annus sedecimus. Iam sine palatino et sine rege¹⁶ maturo. Et congregacio erat in loco Hattwan, ut quem vellent vel eligere palatinum. Clamabant priusquam vaivodam Ioannem Transilvaniensem nobiles et ignobiles, ut ipse meretur officium palatinum. Inde quidem consulebant esse Stephanum de Bator sequa-¹⁷ ces eorum. Et multos adherere cogeabat ad se et fecerunt eum palatinum et sumsit, attamen fidem cum iuramento dederat Ioanni Sepusiensi, ut, cumque dignitas vacaret in regno Hungarie, ante ipsum non assumeret. Cumque Ioannes vaivoda audisset in¹⁸ Transillvania, quod in primis ipsum clamassent ad palatinum et ipse optasset, litteram suam pollicitam cum fide sua dandam

ad Themeswar destinavit e converso ad faciem suam. Et in se- 19
 cunda scedula sua de assumenda fide valde redarguit et dicebat:
 Ubi est fides tua, ita vis mihi regraciare, quomodo te absolvere
 feci de manu Georgi Siculi. Verum dicebat mihi Georgius, quod 20
 in futurum dolebo. Posthec nunquam fuerunt in vicem ambo in
 caritate, sed semper invidabant unum alterum.

1516. eciam congregacionem fecerunt adversus palatinum 21
 Stephanum predictum, quod bellum non gereret et lenus esset.
 Quod iam multitudo Hungarorum advenissent ad congregacionem
 contra eum, non venit ad congregacionem et magna pars esset
 Ioanni vaivodae in congregacione, magnates et barrones et nobiles
 ex undique parte. Quamobrem Stephanus Verbwchi erat apud vai- 22
 vodam valde acceptabilis et amabilis, quia nimis fideliter serviebat sibi. Ipsum clamaverunt et elegerunt ad palatinum. Quod
 audisset Stephanum Verbwchi factum fore palatinum, sed iam erat
 in Bude, palatinus Bator equitabat de Themeswar. Inde congre- 23
 gacio de Hattvan quilibet ad domum remeavit et Stephanus Ver-
 bwchi, quamobrem habebat domum Bude, et ipse esset ad resi-
 denciam venturus.

Inde magnificus Stephanus Bator tristabatur pre nimia ve- 24
 recundia, quod regnicole super eum tam ignominiam fecissent,
 quia iste Stephanus erat sagax vir in scripturis et in dicionibus
 regalium a multo tempore et loquax erat nimis. Quod sentis- 25
 set novum iam palatinum in Buda residentem Sthephanus Bator
 et clam cum suis sequacibus concilium haberet, prebuerunt consi-
 lium, ut interficerent. Erat aliquis audiens, ut exterminarent eum
 factum novum palatinum. Inde ei prenotaverunt simulantes, et cito 26
 ipse non acceperat ad truffandum, quia iste Stephanus Bator occulte
 interfecerat Franciscum Acel in domo, quod post prandium suum
 somnium accepisset et clemtulos suos extra domum destinavisset
 et iam dormiret, inexplorare fecisset Stephanus Bator. Et habebat 27
 unum famulum valde astutum et strenum Valentinum Balica et
 semper ad predandum vel ad latrocinium, quod ipse fecisset, quam
 dominus eius aliceret interficiendi, quia Franciscus Acel multa
 de ipso scribebat nepharia, qui erant vera, qua non erant, quia
 Hungarii habent tres naturas: invidia, blasfemia et homicidia, ad
 Ludovicum regem in Bohemia, quia post patrem suum discessum
 discesserat ad visitandum et dicionem inter eos componeret, quia
 ipsi soli voluerant, ut eos visitaret. Et hoc anno erat 1518. Cum 28
 ipse puer erat, nil curabant cum eo Hungari. Et iam in Praga
 officium ispanatum iam abtullerant ab eo et deputaverant ad unum
 magnificum Iacobum Banffy de Verwche, qui erat valde strenus
 miles. Quod ipse Stephanus Bator quod sensisset insuper eciam 29
 ispanatum accepisse ab eo et per Franciscum Acel in litteris suis
 scripsisse contra eum, sic clam interfectus reperiebatur in domo
 sua lecto et nunquam scierunt, cuius casus culpa inesset. Et sic 30
 ad hospicium Stephani palatini novi publice expugnare fecerat
 cum sua caterva et ipse currebat ante eos de domo ad domum

magnifici Ioannis vaivode Budensem et sic ewaserat mortem suam diram. Et ergo permanserat in palatinitate sua ad venturitatem regis Ludovici.

Quod iam rex advenisset Budensem, et cum eo erat cancellarius Ladislaus Zalkai de genere suttor, quare erant invicem amici. Iste cancellarius cum rege definivit Ladislaus cancellarius et alii honesti domini, videlicet, precipue ven Bornemiza, ut esset in loco suo deputato sive in pristino. Quamobrem esset ex genere Scitica et senior inter alios magnates, et solus rex preclamavit sibi.

Et iterum eodem anno Luterriana ad Hungariam descendit per scribas seminando et per curiales. Quod iam publice publicabant Bude, palatinus tres fecerat comburere. Inde Sthephanus Verbwci in possessione sua octo urgere preceperat, et tamen in dies melius crescebat.

19

Et magna fama eciam vigeat preparare Turcarum cesar ad obsidendam archem Nandoralbam. Quia tempore Ladislai regis erat legatus Barnabas Belai de Transilvania, et sepiissime incessanter scribebat de Turcia ad regem Ladislaum et communiter Hungaris, ut providerent tempestive ad arcem nobilissimam Nandoralbensem. Et nil curabant de arche dicta nec pulveres nec ingenis nec cum alimoniis providebant. Sicut scriptum est tempore Emerici Therek, quia ipse tenebat et post decessum suum sui ad filium suum descenderat banatus Nandoralbensis. Et in agonia permisserat ac mandaverat filio suo, ut coram rege et coram regnicolarum deponeret, et rogabant de manibus suis Valentini, quia eodem tempore erat idoneus absque maturitate.

Et semel, quod esset rex in venatu Nyek, ibi solus rex Ludovicus exclamavit, ut dicebat: Andreas Bator est banatus arcis Nandoralbensis. Ibi stabant duo fratres Valentini Therek, videlicet, Blasius Suliok, Stephanus Suliok. Dixerunt et obstaverunt dicioni regis Ludovici et hec dicebant: Si alteram murum obsedebit rex maiestas vestra et altera paritem Thurcus, non concedimus, donec quatráginta milia markas non solvat maiestas vestra. Igitur fratrem nostrum non admitimus in dampnum. Rex Ludovicus siluit, nescivit quid contra loqui et similiter Andreas Bator. In hoc ewanuit. Et statim eciam congregacionem fecerunt in Rakos et regem Ludovicum de Buda inter eos vocare fecerunt, ut esset presens. Et rex timebat, quia tota regnicolonorum sciebant surreptam coronam per Ioannem Sepusiensem de Vissegrad, quia concesserant ad manus eius custodientes. Rex Ludovicus ivit et catedram magnam constituerunt ei, ut audiret ab universis Hungaris proposita et sua maiestas rursus dicionem suam voluntatis proponeret. Et sic ascendit rex. Erat adoloscens, cumque in catedra erexisset se, in primis mox verba sua clamavit, ut Ioannes vaivoda sit gubernator Hungarorum. Quod audientes quidam dicebant: Bene, bene est, rex. Quia rex maiestas tua adhuc non habet eta-

tem. ipse vaivoda quidem satis aprobatus et astutus. Quidam obstabant pars maior, quare esset magnus dominus et nunc imajori esset, forsan nos conprimeret. Et hoc dictum dicebat registatis cubicularius Ladislaus More possessionem Laurentii ducis, quia iam uxorem suam Laurenti ducis desponsaverat. Ettenim pertinebat possessio Laurentii ducis post decessum eius ad Ioannem Zepusien. et ad germanum suum Georgium Zepusiensem. Et regem pauperem megh chawolak. Et in hoc ewanuit congregacio Hungaris et nil boni finverunt et partes vaivode tacuerunt, quia premeditati erant.

Vaivoda cum audisset Laurentium ducem exalantem de mundo, illico mancipatores dimisit cum germano suo Georgio, sed Ladislaus More non permisit intrare ad archem Zerem Wilak. Iam hic crescit tradicio fundamenti Hungarorum, attende, lector, bene.

Quod hec intellexisset Ioannes vaivoda, mox merore completus fuit. Istum Stephanum Verbwchi habebat sub se propter prudentiam suam in ditione decretis Hungarorum et in aliis studiosus et inbutus erat. De Transilvania scripsit sibi, ut germanus suus ad futuram congregacionem cum eo Germanos partim, qui scirent discernere in iudicio vero, et Bohemos et Polonos nobiles. Stephanus Verbwcii intelligens domini sui libitum, curam mox adidit, ut contra Ladislaum More si potest de iure possessionem regere post uxorem suam sive defectus semine ducis, aut non, quia nos habemus bullam privilegium sub ligamine subtraque consensu patris nostri Stephani thesaurari condam Mathie regis tempore. Similiter Laurentius dux habet litteram cum bulla a patre nostro, ideo rogamus vestram dileccionem, ut curam adibeas, quam diligenter potes.

Stephanus Verbech congregacionem ex commissione registatis et venerunt partim tantum ad Petri et Pauli apostolorum. Ita admodum in congregacionem Georgius Sepusiensis secum predictos homines alienos ad discernendum iuris inter Georgium Zepusiensem et inter Ladislaum More. Et in publico loco in clauastro sancti Petri in Pest convenerunt et ibi inter iudices coram Stephanus proposuit Verbech, et posthec procurator suus Ladislai nomine Nagh Lazlo de Somogh satis astutus erat in rusticitate sua. Ipse respondit, quod vivens Laurentius dux provocasset et provocatoriam non posunt cito reperire. Attamen per astuciam prapricacionis iam prompturat, quod sensissent iudicium fore ad discernendum.

Erat, Erle, inter aurifabros Alemanus Blasius magister aurifaber optimus erat sigillos regum fabricare sew sculptare. Post vesperarum invitare fecit ad cenam et portaret secum fabricatoriam suam, quia dominus vlt tecum aliqua res preciosas emendare ac unum sigillum, et bene tibi solvet. Ipse dixit: Videbo priusquam ad quid debeo istrumenta mea, ad quid valet portare. Et ivit et in cena bene tractaverant. Posthec in celario infra duxerunt: Donec non exhibis inde, donec sigillum regis Ladislai nobis non fricabis de

novo. Ipse quidem aiebat: Ego sum aurifaber regiestatis sub fide, 23
 quod nemini debeam hoc fabricare. Et similiter regnicoli sum fideius-
 sor, ergo non, mi graciosse domine. Et ipse dixit: Hec scit tu, ego.
 Quia si non consenseris voluntati, tu, bestye agheb, mortem subita-
 neam pacieris. Ait pauper: Faciat vestra m. cum voce mea rogare 24
 instrumenta mea, que ego pronuncio. Ipse Ladislao More in scedula
 pernotavit et precepit clentuos suos, ut statim veherent fabricato-
 riam suam. Et presentaverunt et dixit: lam afferre faciat m. ve- 25
 stra ionem tantum unam libram. Et statim portaverant et formam
 sigilli signavit quondam Ladislai regis de una donacione litteris.
 Et optime ad octavum diem preparare fecerat et statim una co- 26
 porturam adduxerunt et statim scripsit unus notarius nomine Fa-
 bianus sacerdos et sic bullam priviulgalem promptuarent ad die
 terminum competentem. Blasio dederat Ç florenos et notario Ç 27
 florenos et nullus hac practicam sciebat, solumodo ego, quia ego
 eram sibi bonus amicus. Et interrogavit me, quid ageret, ut ne
 fides destruat. Dic regiestatis, quod Ladislaus More tali modo 28
 egit tecum et pro Bornemiza. Et divlgavit tali modo, ipsi autem
 dixerunt, nil est magister, quia partes erant ei.

Et sic ad octavum diem intraverunt ad tribunal et obtulle- 29
 runt revocatoriam. Quod Stephanus Verbwchi perlegisset revoca-
 toriam, et dixit: Contradico pro ista revocatoriam, quia non est
 vera, quia ego cognosco scripturam, cuius est. Et procurator La-
 dislai Mori dixit: Est vera scriptura. Tamen in diebus Georgi 30
 Cassoviensis, dum episcopatum tenebat, et nomen ipsius est a-
 scriptum et nomina toti capituli et coram rege Ladislao cum apens-
 so sigillo et iuxta sigillum capitularum. Quid optatis plus, quam
 testimonium nos verum habemus.

Et sic per astuciam Ladislaus More permansit cum uxore 31
 sua in possessione Laurencii ducis ficte, non iuste. Demum omnia
 possessio Laurencii ducis ad manus Turcarum cessararis contingit,
 quod male res quesita male peribit. Et ipse solus latro More in 32
 captivitate deductus erat cum thezauro infinito, quoniam, qui ma-
 lignantur, exterminabuntur. Ettenim interfecerat uxorem suam et
 sororem suam carnalem in virginitate sua. Postea rescripsit Ioanni 33
 vaivodae ad Transilvaniam, quod cum practica revocatoria opti-
 nuissent, et Georgius Sepusiensis reversus est ad Trinchin cum
 suis providentibus iuris.

20

Quod hec intelligens Ioannes vaivoda valde in se dolore cor- 1
 reptus et coram suis consiliaris incipiebat fabulari, quomodo iu-
 sticiam suam in sede extinxerant. Et regno Hungarie fideliter ser-
 vivi et omnes sunt ingrati. Non hoc dicebant, non hoc promite- 2
 bant tempore crucigerorum, sed fide suarum polliciti sunt mihi,
 attamen sunt instabiles. Dicebant consiliarii sui, quod viderant et 3
 audierant querellantem dominum suorum: Domine, nil curabis,
 corona aput te est et noticiam habes cum consiliario Turcarum ce-
 saris cum Imbraim bassa et cum eo determinabis et latronem Ladi-

slaum More leve possis expugnare de hereditate Laurencii ducis.

Inde iam consiliatus Ioannes vaivoda erat potens, fecit noviter exercitum congregare. Erat servus suus Franciscus Bodo, erat Stephanus Bardi, erat strenuus miles magnificus Iacobus Banfy et sic de singulis. Eodem tempore erat vaivoda Dragul expellendus contra Turcas et venerat ad Moldaviam. Quod sensisset Ioannem Transilvaniensem promptum cum exercitu suo, cum spe cucurrit ad eum deprecans ac obsecrans, ut eum introduceret ad vaivodatum suum Transalpinis. Ioannes vaivoda spondit ei, ut introducat, quia eodem tempore erat famosus vir bellicosus, quod cesar Turcarum partim premeditabat ab ipso. Et movit se cum turma magna ad Transalpinum et introduxit vaivodam Dragwl et unum arcem in dono contullit Dragul in regno Poinar loco munitissima in cacumine montis.

Cum iam Ioannes vaivoda spacium haberet, secreta fecit vocare ad se Imbraim bassam sub fide sua robora, ut ne premeditaret nil, hawd tucius veniat. Ipse senciens Imbraim ivit ad eum, sed antequam promiserunt et consciverunt unum locum sub magna arbore has fa et sub umbra, tantum multa locuti sunt in tantum, quod ibi eciam gentaculum comederunt. Postquam unum alterum amplexati sunt, et abinvicem separati erant et dum scribebant anno 152-o. Et rursus domino suo cesari Turcarum cuncta notificavit, ad quem rogavisset ac hortasset Imbraim bassam, quod cesar intellexisset libitum vaivodae Ioanni, statim consiliavit rursus servum suum Imbraim bassam secreta et misit cito cum resumpto animo bassam Imbraim eciam ad locum sub umbra haspha. Et ambo cum subvenissent, tantum ipse quilibet cum decem servis suis acersiti erant et proposuit questionem suam totaliter et tali modo: Vlt cesar dominus meus te introducere ad possessionem Laurencii ducis, iam ordinat se obsidere Nandoralbam arcem. Tu quidem, domine Ioannes vaivoda, sis pollicitus firma fide, ut ne tantum vestra m. in auxilium regiestatis Hungarie, ne sis adiutorium sibi. Et dominus meus cesar Turcarum ad fidem suam Mohometicam rectam spondit tibi firma fide, quod te introducit ad possessionem predictam Laurenti ducis. Ait Ioannes Sepusiensis: Si cesar dominus tuus daret in litteram fidem suam corroboratam, et ego eodem modo dabo litteram sub fide mei Iesu Christi. Imbraim audiens dixit: Redibo et quattuor dierum allate erunt littere fidei sue.

Mox celeriter cucurrit et disposuit aureis litteras cesaris cum sigillis quattuor consiliariis suis et quintum suum in medio afixatam et in pargameno subtili. Que ego demum perlegeram post mortem ipsius. Et habebat unum spatarium nomine Kenderevsi, ipse ista predicabat clam: O insacietas avaricie, o contumelia vindicte, cur destruis cultum divinum in regno nobilissima Hungarie, qui condam predecessorem cum magna effusionis sanguine planta erat.

Iterum aporpinquans Ziario Imbraim bassa letanter obtullit epistolam fidei cesaris et insuper diversa munera obtullit ei de cesare. Et dicebat mihi predictus parvulus suus vaivode Ioannis. Et

duo milia de auro florenos et equos cespitos, unam frameam suam cesaris Imbraim bassa obtulerat sibi. Et e converso dedit epistolam sub fidei suo corroboratam, ut ipse in adiutorium regis Ludovici non iret, totam possessionem predictam haberet cum insula Sirimiensi. Et spondit Imbraim ei et more eorum in fratrem copulavit sub fide et dominus vaivoda adesiit sibi et sic abinvicem iam erant segregati. Hic iam tangit autoritas: Maledictus homo, qui confidit in homine, id est, in pagano.

Posthec ibi ducenta Durci aparuerunt, quod audientes Hungaros esse varia stature milicie, dederunt vocem, ut pugillarent super equo veloces. Quod sentisset Franciscus Bodo, gavisus erat valde, circiter ascendit super equum cum hornatissima sua militaria. Quia iste vir erat decorus et sua hasta non ibat in vanum de manu sua, sed semper obtinebat. Ibi milites apparuerunt Hungari tanquam angeli et boni et cum uno Turco pugillum iverit. Et ibi Franciscus Bodo raptus erat per Turcos et valde eum diligebant et amplexabant et donaverunt eum, nisi ipsum cognoscerent per equum et per modestiam suam super equum equitantem. Et ad waivodam absolutus erat. Cumque iam perfecisset opus suum dominus waivoda cum Turco, movit se retro ad Transsilvaniam. Cesar Turcarum, cumque litteram waivode intuisset, fecit magnum convivium in urbe Constantinopolim, quod waivodam cum fide sua Macumetista vincuisset et iam nil ab ipso premeditasset hactenus, sed tanquam fratres imperpetuum habitassent.

21

Et iterum waivoda magno leto wltu in Transilvania cum militionibus suis convivasset. Et ibi iacobus amisit Banffy propter avariciam suam, quod talem militem non donasset et pecuniam mensenariam vilem obtullisset sibi. Et maxime verecundabatur in se et illam pecuniam in Coloswar per vicos, per plateas seminare cepit et pussilanes gaudebant ei, et quod eciam eum sensisset cum Turcis amicitiam prebuisse. Iste Banffy iacobus venerat ad Budam et locum tenens erat presens in Buda Stephanus Bator. Cum audiebat per regem Ludovicum et cum consiliariis aulicis sue ispanatum Themewariensem iacobum Banffy ei obtulisse et eum elegisse, semper gerebat in corde suo fel. iacobum Banffy cogitabat, qualiter ei nocuere posset.

Erat in domo cocus magister registatis nomine Mathias Bosnak. Stephanus Bator cum communicavit libitum suum cum Bosnak Thamas, et inter nos divulgatum erat, quod Stephanus Bator de Venesia fecisset portare simulatim, quod demum aprobatum erat. Et ambo determinaverunt, ut iacobum Banffy ad prandium invitaret et talem instrumentum tibi dabo, quod vel in cibo vel in potu possis ei obtullere ori eius. Post hec non timeo de ipso ascendentem in beneficio meo residentem. Et in simul consencierunt. Mathias Bosnak fecit vocare adhuc in quinta feria ad crastinum diem ad sextam feriam ad prandium. iacobus Banffy grato animo accepit

charitatem erga se. Dein Mathia Bassnak, quia fecerat vocare solus palatinus Stephanus Bator quattuor, sed studiose se excusatum abebat. Quamobrem capellanus eram apud Banffy sex mensibus, 7 et erat mihi spiritualis filius etiam insuper, ego notificaveram famulis suis militibus, videlicet, Thome Angal, Francisco Bezerezy. Tunc ipsi ei enodaverant et valde custodiebant. Sed aliunde eum circuierant, quod venisset ad prandium in ortum Logod.

Et Mathias Bassnak acceperat unum magnum luceum et stomachum implere precepit cum aromatibus preciosis et in croco posuerat solus venenum, ut misceatur, et bene alligatum, ut ne perfoderet cibum totaliter sua virtus, ne alii paciantur mortem, et sic admodum ultimo solus proiecit in ollam. Et mensam sedere rogavit et collocavit Iacobum adexteram suam et milites suos similiter. Quod primum ferculum dedissent ad mensam, istum magnum luceum, inprimis accepit extra scutellam stomachum lucei et posuerat in disco suo. Quia astaveram ego, hoc videbam. Attamen spicuosus erat contra Mathiam Bossnak, quia cum Stephano Batori magnam karitatem habebat, sed non potui nec debui dicere. Sed 11 ego valde intuebam Mathie Bassnak astuciam, quia nugax valde pauper quasi semifatuus vel furibundus iste Bassnak Mathias, inter sermonibus in disco cum cultello suo in medio scindit stomachum lucei et partem proiecit in disco Iacobi Banffy et erat intus valde rubei coloris quasi non bene coctum. Et ipse Iacobus Banffy 12 intuens ad milites suos Stephanus Botha dicebat: Domine, non bonum, abice de te. Ipse quidem deglutivit adaucter et recenter bonum vinum biberat et in prandio laute perfecerunt. Sed Mathias Bossnak in disco suo porcionem suam noluit comedere, sed extra dedit secretario suo, quia ille bene scivit practicam prandi.

Quod iam Iacobum ad hospicium suum sui milites explorassent, et in Zombathel habebat hospicium suum apud Stephanum Chaplar. Extunc Melchior Litteratus suus notarius spectaverat in hospicio, protullit sibi in manibus magnum aureum anulum sculptum et ceram et litteras multas ligatas insimul et dixit: Magnifice domine mi, dominus meus palatinus rogat magnificentiam vestram, ut propriis manibus vestris ponetis septimum sigillum ad consensum comitatum Veruche, ut libenter exgereret censum ab illis. Cumque vidisset Iacobus Banffy, fuerat valde vinosus, rapuit de manibus Melchioris anulum aureum et cera iam applicata et ad papiram et mox cum lingua sua linuit et sigillum ad ceram posuit. Melchior Litteratus celeriter cucurrit ad dominum suum palatinum et interrogavit, si cum lingua liniasset. Ait notarius suus Melchior: Eciam, domine. Dixit palatinus: Bene est.

Inde post unam horam dedit se Iacobus Banffy ad iacendum 17 lectum et precepit, ut statim de Buda exeamus, quia statim ego iam morior. Et illico milites sui apposuerunt super quadrigam et de Buda equitaverunt iuxtam Danubium flui Ewrzigheth. Et melius venenum ipsum penetravit et cito super equos et quadrigam egrotum iam apposuerunt, quia videbant sufflatum corpus de diem 18

in die. Et erat in Octobris in profesto sancti Andree apostoli. Et ad Verwche duxerunt eum ita adeo, quod non poterant videre iam oculum suum, ita tumefactum erat et lingua eius findata erat nec potuit confessionem facere. Et dicebant: Hec est, domine, Budensa gentaculum. Nos suadebamus te, quod non debuisset tibi in Budam prospacium ire.

Quia Mathias Bossnak timebat eum propter hoc, quod aliquam infamiam dicebat contra Iacobum Banffy et Iacobus Banffy in facie eum minaverat inquiens ei: Vere, bestia Bossnak, mortem pacieris, si tu dixisti contra honorem et contra humanitatem meam infamiam. Cumque audiebat Bossnak Mathias, dicebat: Vere, magnifice domine, non ego neque ab aliis audivi. Et ipsum postea supplicavit et reconciliavit cum multis muneribus. Et demum exalavit de mundo et ivit ad patres nostros Abraham avum eius et sepultus est in eadem tumba in Verwch, ubi sepultum habent ab inicio et cet.

Et iste Bossnak non multum vivit, subitanea morte inveniebant eum in lecto. Et maledicebant eum corpus habere tanquam carbo et sordidum atque sulphur olfactum senciebant cubiculari eius. Et in Buda est sepultus in sancto Stephano claustro Augustinis et cet.

22

Quomodo iam obsedebat arcem Turcorum cesar Nandoralbensem et qualiter accepit. Hic iam practica cesaris incipitur cauta. In primis fecit swadere officialem suum de Zendrw Balimbassa, quomodo ambularent in caucione sua. Reformavit officialem suum, quomodo haberent amicitiam cum officialibus vicegerentibus, quod sensisset cesar Turcarum instabilitatem Hungarorum et in qua condicione forent. Et dixit Balimbek cesari: Duo sunt vicebanati, primus nominatur Blasko, alter Morgay Ianchi, qui gubernant Nandoralbam arcem post dominum suorum Valentinus Therek. Et est adolescens, non maturus, sed velox. Ait cesar grates Deo, id est, falabogw. Eas statim et cum eis amicitiam habeas. Ego existimabam, quod essent in Hungaria heres, tamen sunt mensionares. Et ipsos, precipue basnum Blasko renumerabis muneris variis, insuper promite eis multa in regno possessiones ad fidem tuam et ad fidem meam. Et tali modo Balimbek incepit donare prius largiter et secundario et Ziario semper cum donis variis rebus Turcarum. Et e converso, quantum poterat, Blasko renumerabat et diu inter se non debellabant Turci nec infestabant.

Semel Balimbek in Sarno fecit vocare solum tantum Blasko ad aliqua verba et insuper propter cognacionem, ut videamus unum alterum in prospacio. Quod simulans per nuncium intellexisset Blasko vicino suo libitum, promisit se iterum ad locum deputantem ac predictum et adiem. Quia Hungarum leve possunt decipere cum favencia verba et cum muneribus copiosiss. Cumque

in unum venissent, et Turcus blanda verba sibi obtullerat et, cum ulnassent unum alterum, more eorum osculabant. Et cum honore acceperunt cum suis famulis et prandium ordinaverant et bonum liquorem bibebant de malosia et ibi requiem habuerunt. Secundo die surrexerunt et super equos mane currerunt. Et Balimbek ad ipsum vocavit et interrogavit, si bene solvet rex Hungarorum militibus suis et si vestra amicitia si habet possessionem iam in Hungaria propter tam servicium fidelitatis. Quia Turcus sciebat militibus Hungarorum modum, quod non serviunt propter communem populum et ad defendendam hereditatem. Incepit Blasko maximam querimoniam, quod sunt iam duo anni et plus, quod non abtulerunt, sed aliquid rapians depredando super crucigeros quid optinuerant. Dixit Turcus: Bene hic servisti cesari Turco, fraternitas tua, et similiter Iohannes vaivoda Transilvaniensis. Et ego audivi abere domini mei, quod valde amat et diligit te non minime, sicut Ioannem vaivodam, frater et amice mi. Suscipias verba mea, domine Blasi, quia a domino meo edoctus sum. Ego tibi a domino meo ordinabo tot possessiones et arces, sicut apud vos in Hungaria aliquis in Hungaria Laurencius dux. Et optimam terram et arces dabit tibi cesar filio ad filium, solummodo cesari nostro assumme ad fidem tuam, ut vis servire, sicuti regi Hungarie. Quid ita in vanum tempus tuum perdis, et postea apud nos libere uti posses et in regno nostro tranquillitatem magnam habemus, solus cesar inperat. Et insuper cesar ad vos cum arma parata intendit, precipue ad arcem Nandoralbam. Si etiam posito casu arcem observaris a cesare, quid dabunt tibi? et sanguinem tuum frustra fudis. Et talia multa loquebatur Balimbek.

Cum resumpto animo suo plus quam fabulassent in tribus horis, ait Blasko, ut in me pensabo priusquam. Multa fecit in se, si bene esset aut non. Ait Blasko: Si cesar daret mihi fidem suam in litteris suis sub sigillo, quia ego in Hungaria multociens Hungaros contribulavi, videlicet, contra Zalonkemeniensem et contra crucigeros et contra alios. Et dixit Balimbek: Et ergo, sed ecce manus mea, ad manus tuam dabo. Et amplexati sunt.

Mox adesit Blasko ad Turkas. Hic iam quinta tradicio et per infidia adessisse ad Turkas. Si obsidere vlt Cesar arcem, repente veniat, nil hesitat. Ad sedecimum diem intromitam, si non iuvenen mihi negligere voluerint. Quod audiens Balimbassa mox currit ad dominum suum gratulato animo et pronuncciavit tali modo domino suo. Et statim cessar fecit ordinare et scribere super pargameno albo cum auro fulgido, quia cesar sciebat iam modum Hungarorum, quod gaudent pro picturis aureis litteris Hungari. Et sic promisit ei multa dare in pargameno sub sigillo suo, sed nullum implere, quia propheta ipsorum commisit dicens, si non cum arma vestra, tunc cum fide et favencia verba, nil culpam habebitis in hoc. Et portavit litteras aureas Balimbassa et insuper a cesare Turcarum munera multa.

lām gaudebat Blasko pro aureis litteris et diversis muneribus 19
 et, cumque sepiissime Turcus solebat venire ad arcem, permitebat
 intrare. Et alii, quod videbant intrantem ad regalem arcem Turcum,
 ubi unus, quinque duobus, tercio venerant septem in numero. 20
 Et unum nudum Turcum super humeros suos vhebant et dicebant
 Turci sanctum prophetam esse, nunc noviter surrexisse et futura
 predicere. Et fama valde vigebat in Hungaria et quod indulgencias
 sequeretur et apparebat nudus totaliter cum priapo. Et permisit 21
 intrare eos cum monstro latrone, et de civitate vlgus fugiebant ad
 murum. Quidam seniores civitatum dicebant: O quam maxima est
 fatuitas est. Officialibus non erat, quia iam factum erat. Et ipsi 22
 Turci, qui vhebant nudum prophetam: Ergo duximus eum, ut et
 vobis predicat futura. Diabolinus dicit futura, quod iam factum fu-
 erat cesar cum Ioanne vaivoda et cum Blasko sese cum Turcarum
 cesare, sed exploraverat arcem nobilissimam, quomodo possent ci-
 cius habere. Postea dixit futura, quod accipiet arcem istum cesar 23
 Turcarum. Et dixerunt servitores arcis satrapi: Interficiamus, quia
 est explorator. Sed Blasko defendavit et ierunt versus Zendorq. Ita 24
 admodum erat, quando Troiani ante incarnationem miserunt in
 legationem episcopum Calcas ad Apollo deum insula Tindarum
 et Agamenon, militem suum Ulissem, ut prediceret Apollo utris-
 que legacionibus veritatem, si possunt Troiam accipere Greci aut
 non. Et postea cum tempore maximo clangore ululavit et dixerat, 25
 quod ad decimum annum recepta erit Troia per Gregos. Quod
 audisset utraque pars, Calcas episcopus tristabatur, Ulisses quidem
 iocundebatur. Et eos renumeravit Blasko et currerunt retrorsum
 ad Turciam. Posthec non post multos dies obsedebat arcem Nan-
 doralbam, dum scribebant anno domini 1521.

Et eodem anno mortuus erat Thomas archiepiscopus in mense 26
 Iunii inter octavas corporis Christi. Et post sepulturam eius intro-
 ivit ad Hungariam sola germanica ancilla nomine Maria, qua erat
 desponsata iam Ludovicij regis. Et erant omnes in sepultura ma- 27
 gnates Hungari, solus Ioannes vaivoda erat. Cumque ipsum audis-
 sent moritum, cesar Turcarum ilico obsidere fecit arcem predic-
 tam, antequam non, quia adhuc de ipso metuebant et bassa quare
 Natuliensis erat sibi bestialis filius, hoc est, spiritualis. Postea 28
 venit Maria cum ancillis suis et nullus cum ea aliquis magnus
 dominus. Inde pauper preparabat se ad conflictum contra cesarem
 Turcarum. Inter hec semifatui fuerunt et prolongaverunt arcem sic 29
 Nandoralbam expedire seu defendere ad sedecimum diem. Inde
 regi ad thalamum oportet preparare se. Inde eciam debebant tem-
 pestive auxilium mittere contra Turcas et absolvere arcem nobilis-
 simam predictam. Ipsa latrocula venit per Ister aquam super rates 30
 et in Cutam supra Strigoniensem resedit. Et post eam elegerunt
 episcopum Quinque Ecclesiensem et magnificam dominam Doro-
 team uxorem condam Emerici Priny. Et sic duxerant ad Budam
 et de aqua Ister reascendit ad terram supra Obuda. Et isti aulici, 31
 videlicet, Ladislaus More et Franciscus Battyani et Lucas Kethhazy

et tales latrones pares ad eam introduxerant ad Budam, corizabant, simphonizabant, scortizabant cum puellis regine, quas duxerat secum de Germania sub scanno et sub carpit.

Inde Stephanus Bator de Themeswar cum multa gente Hungara castra metatus erat in Futagh cum optima gente bellicosa. Spectabant principes et prelati Ioannem vaivodam de Transsilvaniam ad adiuandum, attamen ipse neglexit venire. Quamobrem congregacionem bis fecerant contra eum et excluderant et insuper infidelem et periurum clamaverant ante arcem Budensem, et compater Paulus Artandi, qui erat antequam secretarius eius et his koma, et ianuam Budensem coram ipso suprâ traxerant et non permiserunt ad arcem intrare. Ibat in plateis Budensibus solus cum caterva sua et ad cancellarium Ladislaum episcopum Zalkai volebat ad eum intrare et de ipso volebat scire, qua causa facerent super eum tam ignomiam. Et quod sensisset Ladislaus predictus cancellarius, fecit et ipse iubere aulicis suis, ut ne permitterent sicut talem infidelem. Et dixit Ioannes vaivoda: Noo, ve vobis, statim veniet tam dies horrendus, quod placeret vobis, si tringinta duos Ioannem vaivodam haberetis, sed non habebitis. Et non habuerunt ad defendendam arcem Nandoralbam.

Et inde Stephanum Bator fertur dixisse, quod Turcarum cesar multum thesaurum sibi destinasse super septem camellis, quidquid potuerant portare. Hic dubius sum, attamen fama sic vigebat inter wlgos et nunquam ultra Danubium flui nequit remigare contra Turcas. Attamen ipse cum optima gente militariis erat et dicebant et clamabant sibi: Magnifice domine domine, eamus et curramus ad Balimbek, possumus ipsum expugnare levius et, si eum Deo adiuante possumus, mox cesar Turcarum erit perterritus et sub de arce passum habebit. Eciam ianua tocius Christianitatis absolvetur. Et nunquam debuit ire et ista fama contra eum vigebat et multa mala ei dicebant, hawd nil curabat.

Inde quidem latrones corizando dicebant: Canis credat, ut acciperent Nandoralbam, canis credat. Et regina Maria statim scripsit post Germanos ad Almaniam. Venerant isti lanchkenet in forma bona, attamen tarde erat. Et sepiissime veniebant exploratores ad regem Ludovicum, ut moveret se cum turma sua ad defendendam arcem predictam, quod si arrepta fuerit arx Nandoralbensis, tota Christianitas erit in magna disturbione. Et nil credebant.

Et antequam in tribus annis senserant obsidere archem Nandor. per cesarem Turcarum cives Nandoralbenses et Zemlinienses; et Zalonkemenienses, qui peculiariter omnes nazandones, venerant ad adiuamem rogare mensionariam eorum a rege. Rex dirigebat eos ad thesaurarium Paulum prepositum in sancto Sigismundo, ipse quidem unum puerum discantistam non dedisset super omnes eos. Et ipse latro cum papira tergebat naticam suam et sic proicebat sordem suam ad faciem militonibus. Nesciebat latro, in limitibus quomodo staret regnum Hungarie, sed habebat pocius curiales suos et milites bonos inter meretricarum Budensium, vi-

delicet, primus Kozimor, secundus Marcis, 3ius Ioannes Pechy, et sic de singulis. Inde Traciani et Hungari, qui petebant ab ipso lunaciones a tribus annis antequam obsidionem arcis predicti, quod ego fueram eis cognatus, semper me rogare solebant *uplicacionem scribere et interpretem per linguam Tracianam eis interpretare solebam et singillatim me noscebant propter hoc, quod terri- 45*
genarum fueram. Et dicebant: Gywrgyw pope, stoto namy ztra-
metw cziny, noo ako ugrimi netrebuie Beiograd, trebuie charow.
 Hec dicebant: Georgy presbiter, quid hec, quod nobis talia dede-
 cora ponit ad facies nostras. Ego dixi: Non honestum est, sed
 inhonestum est. Et ad regem rursus iverunt et ad regem ipsos
 non introriserunt, sed vexillum ligaverunt ante portam arcis Bu-
 densis. Quod, domini mei, possum dicere, quod cesar Turcarum
 non habebat super fluium Danubium, sicut rex Hungarie. Et in-
 fra cucurerunt ad naves nazandones et ex utraque parte, quicquid
 potuerant rapere, rapiabant.

Post unam mensem rursus venerunt ad regem Ludovicum. Ipse pauper libenter distribuisset, hec videbam, atamen proven-
 tum suum totaliter magnates gubernabant et nil ei tantum ad men-
 sam ferculum unum poterant preparare. Et hoc possum eiam scri-
 bere, quod sepcies cenam et prandium preparare non poterant, 49
 atamen cocus magister Matthias Bosnyak de prelati et de ma-
 gnatibus mendicabat ad tabulam suam regiestatis. Quinque Eccle-
 siensis, scio, quod centum markas dederat ad kokuinam suam. Et
 tali modo iterum adversus prepositum Paulum thesaurarium ipsos
 direxerunt. Quod predictus latro thesaurarius cum papiro tersit
 cullum suum, proiecit iterum ad facies eorum. Dixerunt eadem
 forma, sicut prescriptum: Nos amplius non possumus servire re-
 gie maiestatis. Hec est iam finis, regnum Hungarie, tecum sit do-
 minus Deus. Et vexilla bina regiestatis introduxerunt in manibus
 suis et ad fontem illa ligaverunt fortiter. Illico casum dederunt ad
 terram duo vexilla et ibi ipsi amplius noluerunt erigere et dixe-
 runt eidem forma: Deus tecum, regnum Hungarie. Cito cucurerunt
 ad naves nazandones ad Ister flui et infra remigaverunt pauperes
 et amplius non comparuerunt. Demum letenter solvebant copiose,
 cui placebat, sed non habebant, cui etcet. 51

Iam redeamus ad regem. Movit se ad bellum contra cesarem Turcarum et ad protectionem arcis Nandoralbensis. Cum varia gente ad iter celeriter cucurrit sine paratu bellicoso et dominus Andreas de Bator cum multa gente sua venerat et insuper fluium Ister disponere fecerat rex tres bastias cum Budensibus et cum Pestiensibus. Deputavit eum rex tres bastias cum Budensibus et cum Pestiensibus. Deputavit eum rex Andreas Bator, ut esset capitaneus super fluium Ister, et Pestienses dederunt tricenta pedites, tricenta Budenses. Iudex Budensis Ioannes Herber. Et infra pedites duxerunt ad bastiam et Pestienses ad modum collocaverunt ad bastiam in summa sexcenta hominum. Et magnificus Andreas descendit ad maiorem bastiam cum uno equo et ingenia sua bona intro collocare precepit et me visus erat, quod ibi stabam admi- 54
 55
 56

randum. Dixit: Quid ibi ocium habes, ecce ego hodie tibi centurionem dabo ante centum pedites et pecuniam accipias lunaciones. Quod ego audivi, dixi: Libenter, magnifice domine, promptus sum tecum ire usque ad mortem. Et sis, pater Georgi, cum indumentis sacris cum viatico ad iter, quia ego sine missa non possum esse nequaquam. Et sic preparavi me ipsum et hilariter equitavi cum eo et nomen Ihesum tripliciter clamavimus et regina respiciebat per fenestram cum pedisequis.

Et cum venimus ad Batam, ubi apparuerat sanguinis Domini nostri Ihesu Christi, dominus meus capitaneus Andreas Bator ivit adversus sanguinem crucis indulgentiam sequere et regem Ludovicum exspectare ibi. Et me vicecapitaneum precepisse. Quod in duobus diebus tardavisset, admirabamur curiones virorum. Ad me accesserunt et dixerunt: Domine Georgi, pater noster, rogamus vestram d., ut accederet vestra paternitas ad Batam, quod istis tribus diebus non vult comparere dominus noster capitaneus ad gentem tantam. Nunc etiam sepe interdum oritur inter eos contencionis rixa, ergo, si hic foret, melius esset et in dies ubi duo, ubi tres, ubi unus in exilium faciunt et gens minuitur. Ego surrexi, cum duo famulis meis celeriter ad opidum Bata ivi et hospicium magni Austini civem introivi, quia ipsum dicebant esse ibi in hospicium. Et quod me vidisset, valde gavissus erat, atamen alii domini cum eo magnates Stephanus Deshazi et alter Laurencius dux et Ioannes Banffy et alii multi valde in merore doloris cogitabant. Et ego omnia predicebam, si que mihi curiones permiserunt dicere, ea soli. Dixit mihi: Ve nobis Hungaris, pater Georgi, quatenus accepisset arcem nobilissimam Nandoralbensem cesar Turcarum, quia iam sunt sexaginta sex dies, expugnat et nemo adiuavit eos. Propterea recusavi me solum ire ad vos et hic sis mecum in prandio et post brandium festinabis ad rates circa gentes et Paulum tricenturionem ad me destinabis quam primum. Ego quidem admodum disposui et Paulum ego cicius destinavi ad capitaneum. Paulus erat vir optimus et bellicosus. Ipse quod audisset responsum meum ad modum capitaneo, mox celeriter cucurrit velociter et post sex horas venit iterum ad rates et precepit, ut quilibet paratus sit ad pugnam. Et timpana fecit percutere et vexillas in tribus ratis erigere precepit et missi fuimus super Ister flui in vadum Erdedh. Et ibi extra ligavimus et regem exspectabamus. Ioannes vaivoda venit posth regem ad Mohach.

Quia pauper rex Ludovicus iam senciebat magnatibus instabilitatem et senciebat Turcarum potestatem, quod sepiissime post ipsum legatum suum curere facebat ad fidem suam et ad fidem aliis principibus. Sic venerat, alioquin non audebat venire. Quod venisset, dixit rex: Quid facimus iam, domine vaivoda, quod a nobis nobilissimam arcem occupavit Nandoralbensem Turcarum cesar. Vaivoda audiens confortavit regem dicens: Etiam accipiamus retorsum ab istis latronibus. Consilium dedit regiestatis, ut reversus sit ad Quinque Ecclesiam. Inde quidem elegerunt tres belli-

ductores, videlicet, Casperum Sumi, Ioannem Doci, Iacobum Banffi et Sigismundum Banffi et Ioannes valvoda cum sua gente ad Zeram Uilak. Hoc erat anno domini 1521. mense Octobris in festo 70 Martini episcopi et confessoris. Et fecit dare duo milia marcas ad manus eorum, ut ad confinibus forent ad protegendum. Et inter 71 se dividerunt siclas lunaciones ad quatuor partes, duo latrones emerant vina bona Zirimicales, colligerunt ambo cum pecunia mentionaria Ioannes Doci et Casperus Somy boviforo multa vasa vini et quilibet ad domum equitavit ad iemem. Iacobus recte exposu- 72 erat, usque ad iemem festo Gregori pape in Bingola vigilavit et ego cum eo sex mensibus et frater ipsius Sigismundus Banff, in Fizi- zigh cum sua caterva de festo s. Martini usque ad festum Grego- 73 ri pape. Ipsi boni milites erant in vita eorum et rite expleverunt 73 mentionaria suas. Illi duo latrones fecte reserverunt, pocius in merciniam dederunt lunaciones suas etcet.

Inde eamus ad regem, dum erant in Mohach omnes. Dum 74 castra metatus erat rex, erant cum rege Ludovico principes et prelati Hungarorum, quod iam dolore meroris pleni essent, inter se habebant rixas et argumenta multa. Hec dicebant. ut cuius culpa 75 esset, arx Nandoralba perdita est. Et celebrabatur ius et sederunt in tribunal et arbiteri ita invenerunt, quod culpa inesset Valentini Therek. Quod audiens wigus inppetum fecerunt ad tentorium suum, ut interficerent. Et equum habebat cavellam unum sellatam no- 76 mine Bedeviam. Et celeriter ascendit ad Bedeviam suam et evasit de Hungaria. Et erat adhuc adoloscens in continencia sua. Et tentoriam suam arripuerunt et, quicquid potuerunt apprehendere, in despolium evererat. Et omnia Stephanus Bator palatinus occupavit totaliter hereditatem suam et insuper infidelem proclamaverunt imperpetuum. Et integrum annum non poterant audire, ubi 77 esset. Isti duo latrones fratris sui, videlicet, Stephanus Suliok, Blasius Suliok perterriti fuerunt et ipsi cito latituerunt se ipsos, qui aiebant regi, quod de manibus fratri nostri non velimus dimittere, donek quatragesima milia marcas deponeret rex Ludovicus. Extunc 79 fugam dederat sub potestate Ioanni vaivode in Transsilvaniam et post biennium graciam inpetraverat regina Maria a rege et a regnicolarum, quod si ancillam Germanicam debet copulare. Et Valen- 80 tinus sponndit et copulavit eam latronculam, quia demum erat bona Lutteriana, et post domini captum suum Valentini predicti in Debrechen mortua erat et ibi sepulta est apud monachos. Et socia sua permansit latroncula Urbani Fanchi condam relicta etcet.

Rex Ludovicus movit se ad Quinque Ecclesiensem. Adhuc 81 Georgius Cassoviensis tenebat episcopatum, qui occupaverat archiepiscopatum Strigoniensem. Rex pauper Ludovicus ibi spacium 82 habuerat duobus mensibus et ad purificationem Beate Marie Virginis ad Budam supra equitavit et valde iam cogitationes cogitabat, qualiter gubernaret regnum suum. Et ira commotus ad epi- 83 scopos, ad Georgium mercatorem Cassoviensem, precipue ad sutorem Ladislaum Zalcai et facies cum palma sua rex dedisset. Ita

fertur dixisse : O vos nequissimi, dum puer erat, semper swadebatis mihi gentem mihi non esset necesse contra Turcas. Unum militem habebam Stephanum Bardi, qui mihi sepiissime presentare solebat captivos Turcas ad Budam cum triumpho magno et leto animo serviebat mihi et virtute milicie sua timebant gens Agarena et illum per astuciam magnam exterminare fecistis cum alio tali latrono, sicut et vos, hoc est, Paulus Thomori exterminabat eum predictum Stephanum Bardiam. Et sic prolatos arguebat in Quinque Ecclesiensi. Et insuper me in delirium feceratis tempore carnisprum omni anno et in Luciperum deputastis semper in capite, feceratis cornua bovinarum, in pedibus bovinam pedem et nasum semper habebam ad modum cikonia et caudam habebam serpentinam, que fuit contra Deum et contra omnes sanctos. Et tu, Ioannes Bornemiza ven agh eb, me dedissetis vel portassetis ad Themeswar vel ad Nandoralbam in confinibus et vidissem ac resumssis miliatarium gesta. Ecce, quomodo perdidistis regnum Hungarie, que nunc audio tempore patris mei militis sub corona mea capitis, et illos expugnastis, si inter vos fuisset unus, qui consilium bonum dedisset, ut de regno Hungarie curam egisset. Ego invenisset talem virum, habenas gubernaculum Hungarie gesisset. Et ego solus clamavi, ut gubernator foret Ioannes vaivoda, et nolulistis vos, pessimi. Sic arguebat, quia pauper iam ad humanitatem perveniebat.

Et Ioannes vaivoda in Zerem Uilak post duobus mensibus equitavit versus Transilvaniam. Et dux Laurencius renumeraverat cum sedecim vasa vini et rogabat tantum inprimis arcem Zerem Uilak de ipso. Et noluit ei persolvere et cum eo erat germanus Franciscus Homonia et in Uilak ambulabant dicentes: Et omnia ista possessio erit mea Laurencii ducis. Et statim cum caterva sua transierat ad ocupandum Petwrvvaradya. Cumque audisset e converso Balimbassa circa, et retrorsum cito cucurrit ad Zerem Uilak. Vidit, quod non esset pollicitus cesar ex parte officialibus suis. In magno dolore incepit tritari et dicebat in se: Maledictus homo, qui confidebat in Turko. No vere adhuc ad finem videbis: quod audiebam, ego dicebam in me. Ipse vere non multum pausavit et equitavit ad Transsilvaniam. Et totam Sirimiensem insulam sine remigine et protectione amiserunt. Laurencius dux nil curabat de possessione sua ad adiuandum, hawd semper silebat pre avariciam nimis et quod expugnabant de arce Zerem Uilok eum, quia bene sciebat ipse, quod dum Ladislaum Bohemum coronaverant, quod regnum Hungarie perdetur etcet.

Iam redeamus ad Nandor Feierwar, quomodo capta erat per cesarem Turcarum. Cumque obsidere fecerat et valde expugnare inceperat et profesto visitacionis Marie subvenerat et dies competens elongasset sedecimus, in quo pollicitus erat cesari Turko, supra ad sexaginta dies. Quia iste Valacus Blasco iam misertus erat super horphanos et viduas ac super innocentes, extra elongabat et dominum suum timebat a rege et a regnicolis per infideli-

tatem, sicut contingerat sibi. Demum cesar Turcarum apprehendere fecerat cum Balibassa et cesar investigare fecerat et dearguebat eum cum magna increpacione more eorum. Et dicebat ei: Ubi est fides tua et promissa humanitas tua, quod diem meum competem elongasti. No ego non respiciam ingratitude tuam, quicquid ego tibi promisi donare, dabo tibi, ut ego ne sim periusus, bonam provinciam, quod possis perpetue residere in terram bonam. Cesar ordinavit in arche Nandoralba protector suos cum victu et, quidquid necessaria oportebat, collocavit. Valacum Blasco cum consorcio suo Morgai Ianchi et provincia Tracianorum Branchosagh in campo delicioso cum pervenissent, dixit: Vides, Blasi, hanc regionem pulcram, diligisne hic tibi residere. Ipse dixit: O utinam, domine cesar. Cito fore fecit unam cavernam sub terram et omnes duos viventes precepit proiecere ad foveam et super ipsos copiose terram proiecere. Et nunc in hodiernum diem ibi resident. Ita placet et merito ab ipsis punire Cristianos dignetur, quia fidem suam remutant propter fidem Macmestam. Melius diligunt fidem Ismaelitarum, quam suarum, vendunt pro muneribus, tradent pro libertatem malicie. Et intraverat cesar in profesto decolacionis Baptiste anno Domini 1521.

23

Post hec iste Paulus Thomori intraverat in religionem Bernardiste ad claustralem eorum in Strigoniensem. Ipsum isti magnates supplicabant ei, ut veniret extra de claustrum et assumeret archiepiscopatum Bachiensem cum provinciis suis. Ait monachus iam Paulus Thomori: Tamen Ladislaus occupaverat Zalkai et bullas scriptas habens et iam ego sum professor, nequaquam possum contra fidem meam quidquam agere sine dispensacione papalis. Quod audientes et mox regi Ludovico referebant et statim ordinarunt legatum Hungari ad sanctissimum cum donis et cum supplicacionibus in epistolis suis, quod iam non haberent personam talem ad pastoratum spirituale et ad corporale tam, sicut Paulus Thomori. Et sanctissimus perlegens et intelligens libita Hungarorum in scedulis suis et permisit eis extra ire, quod si carent de prelato humiliato et exemplum prebeto.

Ego quidem intendebam ad Strigoniam iturus fore. Quod paratus iam incedebam de arce Buda, Ioannes ven Bornemiza, quod pergebam, extunc ipse sedebat inter ianuam arcis, interrogavit, quo volo profectus ire. Ego dixi: Versus Strigoniam. Et ait: Rogo te, pater, tamen et te bene noscit et in beneplacito suo te bene habet, istum libellum, que vides in manu mea, des sibi. Volo, credat dominacio vestra. Et assumsi et precellas Budenses comperavi sibi.

Cumque intrassem Strigonie claustrum, ubi ipse residebat, interogaverunt fratres, ad quem venissem. Dixi: Veni ad Thomori Paulum. Et frater Ioannes Zeghediensis filius Oswaldi Bernald: Domine mi Georgi, curre ad ortum et ibi invenies eum orantem,

solumodo Deus aferret ipsum a nobis, quia nobis non placet. Ego dixi: Credo, quod Paulus iam intendit de claustro. Quia ipse nequiciam eorum iam senserat, quia ipse valde continens erat a puericia sua. Cumque intraveram ad ortum monachorum, extunc cum ligo cultum facit ad seminandum leguminarum. Quod intui-isset me, ilico de manibus lignonem proiecit et ad me diversit. Ego cum honore obtulli sibi precellas de me Budenses et libellum de ven Bornemiza et grato animo accepit et me arguere incepit, quod in seculari veste incedo, et me swadebat in cappam induere. Que 10
 audiui, dixi sibi: Vere et tua dominacio in brevi tempore vallo extra claustro eris, quia nos iam omnes scimus capellani regi-statis, quod vestra paternitas erit archiepiscopus Bachiensis et iam diu post dispensacionem miserunt Hungari et sua maiestas regia ex una voluntate consiliariorum. E contra dixit mihi: Pater 11
 Georgy, nonne legisti, quod semel dispensaverat papa pater noster cum uno milite et post decessum apparuerat suo bono amico in somnis in flamme ignea ardebat. Et interrogavit amicus ipsius: Quare ita ardebis horrende in flamme ignea? tamen tecum papa 12
 dispensavit. Atamen Deus non consentit, ergo dampnatus sum. Cum-que inter sermones misteis venerit interim circa ipsum, et me misit iterum ad Budam et referavi sanitatem et salutem de fratre Paulo.

Et non post multos dies interim legatus de Roma a sanctis- 13
 simo venit Marko litteratus et bullam dispensacionis cum indul-genciis et unam preceptoriam peculiariter obtullerunt ad manus suas. Quod intuisset rex Ludovicus, statim post ipsum misit ioan-nem Bornemizam ad Strigoniam, quia antequam fideliter servivit sibi et arcem Fogaras in Transilvania tenebat ab ipso, dum erat in militari habitu et seculari. Et duxerat ad Buda Pesth in claustro 14
 sancti apostoli Petri et rex dedit ei litteras absolvendi et ligandi, id est, decolari et suspendendi, quicumque mortem meruerit digne secundum iusticiam Dei, ad urgendum vel puniri auctoritatem. Et appellatus erat Cheribassa ab Hungaris et usque ad mortem habu-erat nomen. 15

Et de alya parte regis Ludovici vir optimus de nobili genere 16
 Stephanus Bardia famulus erat et maximam fortunam habebat. In quacumque in afflictione possem ipsum esse cogitare et, ubi ipse fuit, felix fuit acies illa, ubi ipse non comparuisset, ibi inbeati fu-erunt.

Et intravit ad archiepiscopatum Bachie in festo omnium sanc- 17
 torum anno 15211. et ad Petriwaragyam cito mancipavit a manibus Michaelis Fekethe, atamen semper servitus erat ei.

Postea ad veris cum apropinquasset ad festum sancti Georgii 18
 martiris, venerant Turci, qui erant principales, cum quattuor centis equorum maximo opulentu tamen ad sortem pro spacio, quia illo-rum scrutator male pronuntiaverat. Eis dicebat, quod regnum Si- 19
 rimie remigine desolata stat. Cumque audisset Iacobus Banfi, 22.
 anno erat hec, Franciscus Bodo, Stephanus Bardi, unus Tracianus nomine Bosit Radich, et cuncta aciem illam percusserant, nec u-

nus dixisse fertur ewadisset, sed omnes depredati erant. Atamen 20
 Cheribassa erat existens ibi, tamen isti quatuor milites habuerat
 nomen. Et maximam diviciam everant per afflictionem Turcarum
 et in die rogacionis secunda feria erat afflictio. Cumque audisset
 Balibassa, in dolore maximo fuerat et Turcarum cesaris iam ad
 scitum erat.

Erat interim apud cesarem Perhat bassa et habebat filiam 21
 suam apud eum in copulationem, id est, vey. Iste Turcus valde fu-
 it conquestus, quod Hungari prevaluissent tam copiam lucrorum
 super Turcos et de cesare rogavit quingenta Turcarum equites
 strenuos milites et optimos. Ego quidem volo retrorsum reinterare 22
 ipsam predam ac refocillare ab Hungaris. Quod si perdiderim,
 numquam habeam coram maiestatem tuam cesaream humanitatem
 sew honorem. Cesar super verba Perhat letatus erat, ita adeo, 23
 quod nudius tertius libaniam habebant et dedit suam authoritatem
 cesaream pro Perhat, ut preciperet et ad bellum contra Hungaros
 ordinaret se quam peroptime. Preparavit se bene, cumque pervenis- 24
 set in confinibus suis, incepit precipere Balimbassa in confinibus su-
 is tanquam persona cesaris. Et iam Balimbassa exalaverat de mundo
 ad fratres suos, erat iam constitutus in loco suo Mehmetbek in Zen-
 dere et in Alba Nandor arcis. Quod vidissent eum Perhatum superba 25
 pomba venisse et nil dabant in finibus Turcarum, et dixit ad Meh-
 metbogh: Prepara te ipsum et veni mecum ad campum Sirimien-
 sem, ut ubi fuit conflictio Turcarum cum Hungaris. Et dixit Meh- 26
 metbek: Vere, domine, timendum est ibi ire, quia ibi mali lupi
 et solent devorare Turcoks. Perhat audiens increpare cepit bassam
 predictum: Veni mecum et ostende illos lupos, ut videam. Sta- 27
 tim ira commotus Mehmetbek et ipse preparavit se decore ad
 pugnam cum equitibus quingentis in confinibus suis. Et vene- 28
 runt citra Zavam et ultra Zavam, cumque remigassent et venerunt
 iuxta opitulum Zava Zent Demeter, et ibi in planicies castra me-
 tati sunt. Inde bassa Mehmetbek statim misit ad Thomori Pau- 29
 lum unum Tracianum, ut statim prepararet se ipsum cum militoni-
 bus suis, quia Deus omnipotens eis rursus magnam utilitatem re-
 duxit eis, quia iusti sunt, et novi Turci transmarinis venerunt ad
 conflictum, ergo in numero sunt quindecim centa dequitibus sunt,
 cum granda apparatu ditissime acersiti sunt. Et cum audivisset 30
 Paulus Thomori, et Tracianum donavit et misit retrorsum. Et statim
 quinque epistolas scripsit, unam misit ad Iacobum Banffy ad
 Boroh, secundam misit ad Stephanum Bardia, 3iam misit ad Bosyt
 Radich, quartam ad belli ductorem episcopi Quinque Ecclesiensis,
 quintam misit ad Franciscum Bodo. In sexto numero ipse solus 31
 Cheribassa ipse neglexit se ire, quia fecerat seipsum egrotatum,
 atamen gentem suam miserat ad pugnandum contra ethnicos et
 belli ductor erat ipsius Franciscus Kis. Et genti Quinque Eccle- 32
 siensi erat Dreghi Franciscus. Et cumque movit sese acies Chri-
 stianorum, erant tanquam angeli et hausi viri in cordibus suis et
 erant iam crebre in exercitiis contra Izmaelicos.

Quod iam una ebdoma preterisset, dixit Perhat bassa ad 33
 Mehmetbek: Ubi sunt illi luppi, quos mihi proponebas, tu latro
 effeminatus, diu perterritus es, non timeas. Quod audiens incre-
 pantem se ad domino Perhatt dixit: Si woluntas magnificencie est,
 ego solus volo perscrutare et veram famam referare magnificencie
 vestre. Si placet mihi, si non placuisset, nec huc venissem, quia 34
 coram cesaris ad faciem erubesco ire sine conflictione. Mehmet-
 bek sibito ascendens super equum et omnes sequaces sui ornatis-
 sime ac opulentissime cum mitriate capitis splendide. Cumque ven- 35
 nisset de castore Perhat ad quinque miliaria, ilico vidit turmam
 Christianorum et ad magnum montem cucurrit sursum et, quod in-
 tuisset, mox velociter ad suam aciem iterum equitavit.

Et inde quod senserant eum fore, egerunt egregissimum vi- 36
 rum militem Franciscum Bodo cum sua catherva. Post eos curre-
 re cepit circiter super equum suum et duos ex illis apprehendit et
 duxit ad castore suarum. Et isti cuncta predixerunt coram militi-
 bus, adhuc insuper ipsos donaverunt. Et illi cum ipsis equitave-
 runt, quia iam sub fide erant.

Cumque stetissent facie ad faciem, dixit postea Mehmetbek 37
 ad Perhat: Iam, domine, advenerunt luppi, vide iam, quid agis.
 Paulus vaiwoda quidam tricenta pedites habebat sub se et in una
 sub umbra vitis abditaverat se cum predictis peditibus. Quod in- 38
 tellexisset Mehmetbek, ad eos cucurrit et magnam conflictionem
 Paulus vaida cum Agarenis abuit. Demum Turcus prevaluit eos,
 quia pars maxima erat quam Christiani, ipsi pedites, gens Agare-
 nica equites. Et omnes prostravit ibi ad terram Christianos ita, quod 39
 fertur dixisse, quod nec venisset unus dicere novam famam, quia
 pauperes confidebant in semet ipsos. Quia Paulus vaiwoda erat sub 40
 nomine Pauli Thomori, quia, domini mei, nunquam habebat spro-
 speritatem nebullo, postquam in bellum priusquam exierat de clau-
 stro, attamen in cucula cedebat per dies, quin scriptum est duo-
 bus dominis non servire, aut unum diliget aut alterum contemnet.

Isti Hungari in una nocte seorso acceperant ad partem Hun- 41
 garie, ex utraque impetum irerunt et magna strages fuerat inter
 se. Deo adiuante Hungari prevaluerunt et multos prostraverant ad
 terram et vivos principes victos habuerunt et deteriores intereme-
 runt et cum triumpho magno se habebant et gracias Deo referebant.
 Et hec victoria idem anno 1522. Et in pugnacionibus dupliciis nemo 42
 habuit nomen, tantum quilibet per se, ut quis percussisset prin-
 cipaliter nemo.

Mehmetbek tempestive cucurebat ad arcem Nandoralbensem. 43
 Quod audientes Turci et basse Nandoralbensi pretulerant, quod
 Perhat delusus fuisset per Hungaros, alii extirpantes venerunt,
 sed Perhat non comparuit. Bassa interim perterritus erat, quod 44
 cesaris sponsus ewagasset. Unus Turcus astabat coram basse, ait:
 Domine mi, ego, ubi est, nescit, quo vadat, et nescit, quo veniat,
 quia sub umbra una vitis subaudit et iacet.

Et iste conflictus erat in atumpno in octava omnium sancto- 45
 rum per quartam feriam.

Et Mehemetbek statim cum Turcis movit se post Perhat et 45
invenerunt post quattuor dies, neque bibens nec comedens presen-
cia ductus erat et sic ad domum Nandoralbensem duxerat. Et pre
timore lupporem egrotatus fuit, ad octavum diem exalavit de mundo.

24

De m u m Hungari, dum scribebant anno 1523., fecerunt con- 1
gregacionem magnam ex undique, ut iam ad bonum finem statu-
erent regnum Hungarorum. Ioannem vaivodam secundario periorum
et infidelem pronunctiaverunt et excluderunt de consilio registatis.
Isti ffatui Hungari propter hec, quod non venisset ad adiuandum 2
arcis Nandoralbensis et quod in Persia iuxta flui Ister arcem Ze-
reny sub deffensione erat et per Turkos fecisset accipere. Respon- 3
dit procurator suus ilico Stephanus Verböchi in persona sui domi-
ni, quod dominus meus non habuit potestate sua, sed pocius sub
regia maiestate, quia rex solvit, habuit militem suum vitez Kalai
et dominus Kalai arcem tenuit a rege maiestate. Dixerunt eciam: 4
Domine, secundo ubi dicitis, quod Nandoralbam non venisset ad
protegendum, bene sciat d. vestra, quod pertinuit arx sub vaivo-
datu suo, hawd semper sub ispanatu Themeswariensi. Audiebat 5
et dominus m., qui fuit et habuit suprotectionem suam semper
Nandoralbensem, dominus magnificus Stephanus Bator non fuit
puer, hawd pocius vir bellator. Et sic expedierat domini sui vaivo- 6
vode suam iusticiam Stephanus Verbwchi, sed Hungari magnates
et comitates rursus infidelem denotaverunt, quia, quod multi erant
principes vel magnati, non habebant tot hereditates et arcis in Hun-
garia, sicut Ioannes vaivoda, et invadebant eum semper. Quod sepe
ipsum excludebant, ergo nemo audebat occupare possessionem suam.

Hoc cum audiens Ioannes vaivoda dolore meroris correptus 7
erat et statuit nequaquam aliud quidquam facere, sed sublatim sta-
tim misit iterum precursum suum ad cesarem Turcarum, ut quam
peroptime aprepararet sese venturum adautter ad pristinam fi-
dem suam, quatinus ut Budam ewacuaret sibi et portas eius ape-
riret sibi, quia recluserant coram ipso et ne permitterent eum am-
plius intrare ad Budam. Quod cumque perlegisset scedulam suam 8
Ioannis vaivode cesar Turcarum: Quod curam adibebo, credat fir-
miter amicitia sua, solummodo ipse ne fiat cum eis, postquam quod
pronunctiassent infidelitatem precipue compater Paulus Artandi et
Glessan Nicolaus inter regnicolarum.

Quod hec audivit Maria regina Hungarie, statim fecit pro- 9
clamare hec, quoniam nuda venerat ad Hungariam, quod ut debent
partim partem omnia argentea vascula de qualibet ecclesia exige-
re. Et ego ipsa habeo decem massa argenti et dabo ad vestras
dominacionibus regni pro adiutorio. Et ego statim inquo cussores 10
monetario et de tot argenteis faciam ingutere, quod possumus sta-
tim Nandoralbam de manibus Turcarum expedire. Hec cum audi-
entes, rursus clamantes et dicentes: Bene, bene erit. Et unanimi-
ter consenserunt, sed pars vaivode non, sed contradixerunt. Domini 11

mei, dicebat, nonne habemus nos omnes tot aurum et argentum, in tota Hungaria non est tot plumbum et ferum, ergo non licet ecclesiam domum oracionis despoliare. Quod audissent regnicoli, cum granda clangore impetum fecerunt et dicebant: Nonne ipse semper zizaniam inter magnates et inter regnicolarum. Eamus, interficiamus bestiam istam. Quod vidisset rumorem horrendum contra eum, et verba mitissima cepit loqui. Dicebat: Domini mei, tamen nil mali in verbis meis contra dominaciones vestras contulisset. Ergo nolite me increpare. Quid d. vestre statuerint, et ego non contradico, sed vobiscum abstinebo et hesitabo insimul. Quod audientes reconciliaverant eum, quia sine ipso nil erant regnicoloni.

Quoniam ipse Stephanus Verbwchi prudens valde erat, quia articulos regni et diciones valde sciebat et noviter composuerat decretum Hungarorum et valde altera parte favebant. Et dicebant: Nonne bonum est nobis Hungarorum, melius promittit se ipsa regina. Incipiet per monetarios ingutere moneta ad novem lotonem et promisit dare ad adiuvandum regni Hungarie decem massam argenti et de domo Dei exire partem auri et argenti, iam ego contentus sum. Dicebat Stephanus Verböch suis partibus: Domini mei, decem massam dicit regina habere, decem forenos non habet latroncula, sed est paupercula, quia ipsa pro sua comoditate vlt, non pro regno nostro Hungarie. Sic astute loquebatur. Dicebant: Magister Stephane, exclamabis, quod decrevit regnicola. Et ait: Domini mei, non possum, quia in gutture raucitatem et in capite dolorem habeo et in naso caterum habeo, non possum clamare, igitur debet clamare arbiter. Et clamavit arbiter, quod de domo Dei exigant partem vel mediantem auri et argenti ad necessitatem Hungarie regni. Et congregacio erat idem anno 1523. in octava natiuitatis Marie et sic determinaverant congregacionem malam et fatuitatem contra Spiritussanctum etcet.

Inde iam regina gaudens, quod consenserunt regnicoli Hungarie ad libitum regine Marie, mox ad Viennam post monetarios elegit et duxerunt 20 quinque ad Budam et in vico sancti Ioannis Baptiste domum eis deputaverunt et in ceperunt concutere denarios tantum in deformes. Qua pecunia demum reginalis de quinque sub una denariis Mathie regis deputabant, demum triginta duos pro decem. Et die noctuque percutebant monetas ad absolvendam arcem Nandoralbam, quod nobiles et magnates et coloni vhebant coclearia argenteas et similimodo ciphos in ulnis suis ad monetarios in duobus annis. Quilibet monetas cum Germanis voluerunt de propriis argenteis. Et de pura linea proicebant unam pisetam argenti inter cuprum rubeum marcii et dabant extra colonis, qui pauperes non intelligebant. Post vespervas ad arcem quilibet in ulnis vhebant purum argentum ad reginam et tot argentum purum cumulaverat regina, quod quando fugam dabat in nocte, quod non puebat omnes secum ferre, sed paganis eciam remanserat multum thesaurum in arce Buda. Non decem massa abebat, sed quinquaginta supra abebat. Et illa pecunia nil valoris reputabatur et duravit usque quattuor. Post hec senciens mercatores

Germani et Hungari ad redimendum pro uno floreno in pecunis bonis antiquis de pecunia reginalis centum et quinquaginta dabant pro rebus Germanis. Ita regina fecerat latroncula magnum dampnum Hungarorum et tam magnum spoliom fecerat, quod, si Turcus semel in urgendum possuisset totum regnum Hungarie, non fuisset dampnum.

25

Post hec venit cesar Turcarum cum sex centena milia Turcarum in Hungariam, dum scribebant anno 1526. Atamen adhuc erat insula Sirimiensis integra, adhuc in civitate Zalonkemen residebant, adhuc Carom civitas erat plena et sic de singulis civitatibus iuxta flui Danubii ex utraque parte populosa erat de Zalonkemen usque ad Budam. Sed nil curam adhiberunt magnates Hungari et amiserant in dubium tam nobilissimum Hungarie regnum. Vidit hostis, libere intravit in regnum Hungarorum. Domum Dei iam intaxabant et exigebant cruces, calices, turibulum et sic de singulis: Et exactores isti erat: Casperus Seredi erat valde pauper, sed ex thezauro ecclesie fuit magnificus, et secundus parochus Benedictus Budensis erat exactor et ipse pauper, quidquid optinuerat, totum consumsit cum ecclesiasticibus.

Iam venit indies cesar Turcarum ad provinciam Sirimiensem et permisit ac mandavit principibus Turcorum, igne ne ponerent, sed tantum subiugarent populum et arces. Solumodo arcem vi sua expugnaverat, post ea omnes subiugati erant. In aliis arcibus exhibent de multis et in vacuum relinquere solebant. Mira res erat et inaudita, quod arces dabant in manibus Turcarum libere. Ita numeravimus insula Sirimiensi arces, occupaverat arces sedecim, ut puta, Zemlyen, Zalonkemen, Petri Varadini, Cheregh, Bamo-nostra, Uilak, Attya, Zata, Boroh, Valkwar, Erdevd, Zenth Kergel, Zent Demeter, Rachia, Kelpen, Barich, Bercazzo et sic de singulis, quod non poterat implere arces cum officialibus Turcis cesar Turcarum.

Et Paulus Bakich venerat cum matre et cum germanis suis ad Hungariam et ipsum rex Ludovicus charitative assumserat et rex Ludovicus arcem unam Salawar contullerat sibi iuxta Budam cum hereditate sua. Iam inde milites et aulici regie maiestatis videbant cruces et calices meretrices Budenses et rex scindere preceperat argenteas scutellas suas ad proporcionem et mensurare ad marcas existimans et sic solvebant militibus efemineis, quia non erat astuti bellicare.

Quia iam Stephanum Bardiam decolare fecerat in arce Petri Waradini, qui erat valde bellicosus, atamen propter facinora sua, videlicet, pro uno sacerdote extraserat clotros, hoc est, crassare fecerat et Laurencii ducis possessiones depredaverat et sacerdotum ecclesie sancti Sigismundi opitulos, villas depredaverat cum suis catervis et insuper Iacobum Bosnyak interfecerat, quod decimabat vina in Rednek Laurencio duci et monachum Cheribassam

semper infestabat et cum eo iocabat et eum delirum deputabat, ut cuculam deponeret. Et per illas causas decolatus erat, quia iam neminem formidabat, quod regi Ludovici aulicus erat et regina valde eum diligebat propter bonam miliciam prosperitatis sue. Et dicebat rex, quod unum contulerat sibi Bohemicum gladium, quod si alicui ad nasum trudere deberet. Aiebat ipse regi: Domine rex, non tam magnus excepto uno launi voivode, quod ego non truderem ad nasum suam. Hec verba Georgius episcopus Quinque Ecclesiensis audiebat, quamobrem cancellarius erat eciam regni Hungarie. Dixit ei: Vere, tu latro, si possibile, ad nasum non trudis. Et mox exivit episcopus de palacio regiestatis. Verba talia sua agravaverat ipsum et sic fecerat scribere cum notario suo Nicolao Olah unam epistolam cum practica ad monachum Cheribassam cum mandato regiestatis, ut statim privaretur a capite suo absque scitu regiestatis. Et propriam manum regiestatis cum astucia magna fecerant, quia rex festinabat ad venatum Nyech et inter septem litteras infra tenebat Nicolaus scriba in manu. Superiores litteras dederat ad manus regie maiestatis, quod perlegisset tres. Quod vidisset rex, quod sonaret equaliter ad comitatum septem, litteram practicam contra Stephanum Bardi non legisset et sic manum suam apposuit rex: Commissio regis maiestatis. Et sic Paulo Thomori allate erat ad manus eius et preparaverat se contra Stephanum Bardia de Petri Varadini ad Fughag nocte et ibi in hospicio mane in lecto captus erat et ipse pauper admirabatur, quidnam hoc esset. Tantum dixerunt ei: Es captus regiestatis. Et duxerant ad Petri Waradini et illa die decolatus erat statim, ut rex Ludovicus ne intelligeret et regina, quia ipsum valde diligebant, et non fuisset decolatus, si scivissent. Quod iam intellexissent, vere merorem magnam egerunt ambo rex et regina et nil defuit.

Inde cesar Turcarum indies apropinquat versus Budam potius, quod audisset militem decolatum et Iacobum intoxicatum et Christoferum Grophi per barbam in Chepel zighed traxatum per Ladislaum Zakai Strigoniensem et vaivodam Ioannem Transsilvaniensem exulantem et adautter veniebat per Zavam fluium et per Dravam flui pontem preparare cogebat et fecit.

Inde quidem regem nullus confortabat, aut necesse fuerat eum studere ad bellum movere ac dirigere eum oportebat, sed nullus swadebat, quia iam carebat a militibus studiosiis, qui sciebant, solummodo suttor archiepiscopus confortabat, alius non. Dicebat regi ille latro: Dum ego fueram scolasticus et rector scole, ut meretricem semper unam a bubulcis solebam accipere cum gladio mei, et nil mihi poterant resilere. Atamen erant interdum duodecim, quando minus erat, accipiebam, tam miles sum, domine rex.

Et ad rates ingenia ordinaverant regiestatis sine magistris et rex de Buda exiverat tantum cum milite suttore Strigomiensi et aulici sui dicebant: Domine, nos quidem quid agendum est nobis hic in domo Bude. Dixit: Cum caniculis bene laborate, bis in una

ebdomada lavate. Tam Deus altissimus mentem suam ebetaverat et regina Maria Bude remansit. Et ipsa volet cum rege ad bellum equitare, sed noluit rex. Et octo nazandos habebat pauper rex super fluvium Danubii et illi erant inscientes et cum eo doctor Anthonius predicator. Cumque venisset rursus ad Batam, rex fecit confessionem puram et ewcaristiam summissit devocione magna.

Post hec descendit ad Mohach et ibi castra metatus fuit. Et cum eo erat Stephanus Bator, Ladislaus More, Franciscus Battyany, Petrus Prini, Georgius Sepusiensis, Thomas Schechi et Cheribassa et cancellarius Ladislaus suttor Strigoniensis, Franciscus Prini Vardiensis, Paloci de Chanad et Paulus episcopus de Agria et Philipus More de Quinque Ecclesiensi, qui erat exiguatior de domo Dei vas argenteas.

Quod hec audisset cesar Turcarum, ecclesias suas taxassent Hungari, dicebat: Vere Deum suorum Ihesum Christum, qui Deum et hominem fatent et credent, iam inimicum deputaverunt et staverunt contra se ipsos. Quidquid ergo porrexerunt predecessores nostri Turcarum munera et ego ad horrorem prophete Makwmeto nostro et ego talia dicionem decrevissem, mox interfecissent me totus wlgws Turcarum. Sed iam tucius accedam, quia iam obtinebo victoriam super Hungaros. Ecce, quid dicebat cesar Turcarum: Volo vindictam wlcisci magno prophete Iesu, quod tam ignomiam fecerunt maximam Hungari super Izapchemferbck, qui dicitur Christus, et noster propheta Macumet honorare precepit nobis, quia propheta est et non est similis ei.

Quod iam utriusque peculiariter castra metati erant ad faciem, Turcus cesar et rex Ludovicus iuvenis erat, quasi ovis ductus erat mactellum, incautus et inexerciciens ad bellicandum.

In campo Mohach plus quam una mense iacebant utraque partes. Sed nempe in harch omni die exercebant Hungari bellica studiosa et semper optinebant Hungari pauperes. Dicebat rex Ludovicus: Statim post Ioannem vaivodam! Veniat, quoniam video esse magna agmina cesaris Turcarum, nos quidem pauci. Dicebant magnates: Serenissime rex, ne veniat ille proditur, quia timendum est ab eo regi maiestati et nobis universis. Idem est exclusus de consorcio nostro. Astabat Petrus Korlat coram rege sub tentorio, supplicabat et obsecrabat a rege maiestate arcem Trenchiensem cum tota possessione sua Petrus Korlat et alii nobiles similiter per notam infidelitatem suam. Ait rex Ludovicus: Quid rogatis, ad quid petitis, nescis, quia ne forte alius erit heros Hungarie. Et dixerunt ad regem iterum: Ne dubitet neque hesitat vestra maiestas, quia Deus altissimus nobis dedit iam istam victoriam, quia iam deficiunt Turci. Sed Laurentius dux dicebat: Domine rex, ascende superius versus Budam, non est mirum. Et iste Tracianus dicebat tali forma, quia iste vir erat cautus ad bellicandum, nomine Bositt Radich verba Traciana dicebat: Quoniam pauci essemus, ergo, serenissime rex, ascendamus superius versus Budam. Quod hec audientes principes dixerunt: Vere non eat

maiestas vestra, quia iam regina de Buda missit pro gente ad Germaniam et veniunt iam multitudo hominum. Et dominus eciam palatinus ad comitates misit preceptorias universaliter, ut surgant coloni personaliter, qui possit arma capere, veniant.

Inde quidem practicam litteras scripserant ad Ferdinandum, ³⁴ quod non est necesse eis venire, quia satis habemus gentes, solummodo eligant pecunias. Ioannes Doci et Paulus episcopus Agriensis intellexerunt, quod cesaris agmina multa esset et darent cito conflictum, ipsi ambo sub nomine, quod post gentem ibunt et ducerent ad regem pro defensione, venerant quidem, sed negligebant amplius ire ad regem Ludovicum ad campum Mohach. Et ³⁵ gens nunquam comparuit Germanica venire ad adiudandum regem Hungarie et Ioannes vaivoda erat in Debrechen cum gente copiosa et principaliter milites Hungarorum.

Et a Ioanne vaivoda sepiissime rogatum habuerant, ut contra ³⁷ Turkos pugnarent. Franciscus Bodo alios Turkos devastabat et, quod audiens, mox redarguerat ipsum, quod male fecisset, et ipse optimus miles in se exacerbatus erat, quod tot animas Christicoliarum mactant et trucidant, cum magno merore ad iacendum casum dedit. Ioannes vaivoda cesari simulans renunciavit, ut ne ³⁸ multum pausaret, sed ageret, ad quid venit, ne perlongaret, quia iam tempus est et utraque preparaverant sese quilibet ad conflictum. Et secunda die impetum fecerunt in die Colomani martiris feria quarta et tota die magnum exercitum utriusque habebant, ita quod Turci prevaluerunt Hungaros.

Et septem prelati perierunt in bello, videlicet, Varadiensis, ³⁹ Chanadiensis, Bachiensis, Diacoviensis, Quinque Ecclesiensis, Strigoniensis, Vaciensis, de magnatibus quidem, sicut scriptum est, et subito perierunt, videlicet, Ioannes Draffy, Thomas Scechi, Paulus Thomori, Georgius Sepusiensis, Ioannes de Bechke, Paxi et multi perierunt, precipue episcopus Varadiensis Franciscus Prini. Et dicebat cubicularius suus, quod ego interrogabam de ipso, ⁴⁰ dominus meus si cwasisset de bello episcopus. Et dixit mihi: Domine Georgi, vidi horrendum signum de ipso, cum sedebat super equum pey, a tergo extunk una nigra capra bicornua super equum sedebat et tenebat, tenendo duxit in parvo Danubio flui submergens. Tam visionem vidi, quoniam malignabatur super terram, ⁴¹ semper crapulatus erat in vino et in esce et malam ac stupram vitam habebat pauper et homicida erat.

Idem rex Ludovicus a puericia semper operabatur in lascivia ⁴² puellarum, quia isti latrones aulici sui docebant eum ad mala, quam ad bona, de quibus ego sepe visurus sum. Et ipse mala morte in aliquam palludem cum equo submersus erat, fertur dixisse. Et duo capellani in bello interempti sunt, videlicet, ⁴³ Matheus Nagh, Thomas de Gengies. Ego quidem intellexi de anima mea et videbam multa iniuria et infidelitates Hungarorum, tempestive ad Budam recessurus eram et alii mei socii capellani sciscitabant de me aliqua nova bona. Ego dixi eis: Nonne regina Maria fecit arcem in Iuppanarem cum ancillis suis.

Quod iam fuisset conflictus in feria quarta in campo Mo-
 1 hach, secundo die in quinta feria venerat cicius famulus unus
 regine Germanus de bello et per ianuam nesciebat intrare quasi
 semifatuus. Et erat Turzo cum regina, ambo colloquia inter se
 miscebant. Nos capellani spectabamus illum virum extra ianuam 2
 Budensem, ut aliqua nowa sciscitassetus ab eo, non venit, quia
 iam post vespervas erat. Magnificum Turzonem Alexium super
 gradarium de arce regina velociter currebat inclinato capite et
 nemini nil loquebatur. Quod vidimus, ego dixi: Fratres, hoc est 3
 malum signum, quia dominus Turzo semper fuerat letus, nunc
 quidem male.

Extunc ad mediam noctem dum fuissetus dormientes, ego 4
 in civitate apud dominum Strigoniensem cum Sigimundo litterato
 dormiebam iuxta thesaurum archiepiscopi Ladislai. Extunc pincer-
 narius Stephanus vigilans fuerat. Sursum ad palacium cucurit,
 dixit: Surgite, surgite, quia Turci Hungaros prostraverunt omnes
 ad terram. Surrimus cum Sigimundo litterato. In vicis et in pla- 5
 teis Budensibus cum lucernis ardentibus in manibus Alemanorum
 et multa nigras ladulas et scrinyas vhebant super brachiis suis
 extra civitatem ad Logud, quidam autem ad naves infra Ister flui
 et cum thezauris plenis ladulas oferebant, ubi poterant. Et Hun- 6
 gari Budenses admirantes, quidnam hoc esset, quia nesciebat
 adhuc ipsi. Interrogabant eos Germanos et nil respondebant, quia
 timebant ab Hungaris, ne ipsos despoliarent. Quod cum sensis-
 sent, qui erant chaplarones latrones, multa ab eis ceperant de-
 predare.

Extunc regina Maria de arce Buda quinquaginta equitibus equi- 7
 tabat per ianuam Logod cum ancillis suis et quelibet lucernam ar-
 dentem habebat in manibus suis et stetit regina in Logod, ut espec-
 taret thesaurarium de civitate. Et habitacio prope domi archiepi- 8
 scopi Strigo. erat et habebat tricenta plus quam insimul equites et
 pedites et ita vehementer vehebant super humeris thesaurum Thur-
 zoni et non usque ad sextam horam. Quod senserat, quod iam 9
 aurora exarsit, post hoc mitebant de monte Buda in vasa tigreia
 bene repagulantes ad vallem Logod res preciosas et thesaurum.
 Quod iam et sarcinati erant super equos et quadrigas multas et
 post hec perrexerunt ad iter versus Viennam et Germani omnes
 cum eis Budensibus, ut hoc ambo per fenestram intuibamus. Inde 10
 quidem Hungari nil movebantur in semet ipsis, quia domestica
 gens erat et quare solam linguam habebant et Ioannem vaivodam
 Budenses et Pestienses confidebant in eo. Ipse quidem iuxta flu-
 vium Tiza pro spacio morabatur.

Et iam fugitiores iam in sexta feria et in sabato usque ad oc- 11
 tavum diem conflictionis catervatim veniebant Christicola gens, qui
 Hungari, qui Bohemi, qui Germani, qui Poloni, qui pedestes, qui
 super equos, et interrogabant: Ubi est Ioannes vaivoda Trans-
 sil.?

Post expugnacionem castra metatus erat cesar Turcarum in 12
 campo Mohach et exspectabat adhuc, si essent inter Hungaros ali-
 qui hostes contra eum. Quod sensisset cesar Turcarum neminem,
 crevit se ipsum versus Budam super aquam et teram. Vigus Bu- 13
 dense et Pestiense spectabant Ioannem vaivodam Messiam prop-
 ter tutelam ipsius, sed non concessum erat eis Ioannem vaivodam,
 ignoro, si a Deo vel a diabolo. Quod intellexissent Budenses et Pe- 14
 stienses, quilibet pro se preparaverat se ad iturum, ad quam partem
 volebant ire, velociter currebant. Et vidue proiecebant infantes suos
 ad aquam et qui sepelliebant super terram propter metum Turcarum,
 ut ne audirent voces infancium. Quidam paupercule in fossa super 15
 pulverizabant eos, id est, infantes. Et dicebant, qui sciebant loqui:
 Dulcissima mater, ne me vis sepellire, vere non fleo. Et sic Hun-
 garorum ancille cum amaritudine flebant pueros suos et dicebant:
 Hew, hew nobis fetu nostrarum, in qua mala etate perdevenimus.
 Et sic singillatim cum magna amaritudine in via pereclitabant la- 16
 mentantes. Cumque capellani regiestatis audissent tam ruinam Hun-
 garorum, post hoc rapuimus Ioannem elimozinarium cum urna sua,
 statim duximus ad navem et vexatus fuit in Posenio. In hodie-
 rum diem ibi iacet.

Et Turcarum cesar castra metatus erat in Keleuen felde. Et 17
 in Buda erant pauperes, claudi, ceci, inbecilles, qui non habue-
 rant repente equum vel vectorem, tales ibi in Buda relictis erant. Et
 unus mercator erat in Buda, qui mediator erat inter Hungaros et
 Turcos, et ipse impetrasset gratiam a cesare Christicolis et cesar 18
 insuper renumeravit eos cum decem aureis. Et intravit cesar ad
 Budam et sedecim diebus residuit in ea et pro spacio. Postea con-
 silium inierit cum consiliariis suis, quod si debet urgere arcem aut
 non. Dixerunt eius consilarii: Non, sed civitas debet Buda prop- 19
 ter hoc, ut sit memoria cunctis gentibus, quod hic fuisset Turco-
 rum cesar, et arx in pace permaneat propter principatum locum.
 Et erat incensor ignium cesaris, qui mecum fabulavit hec in cena 20
 sua. Erat nomen Anthonius ei et precepisset ei, ut curam adibe-
 ret, et tricenda Turcarum inceperunt urgere civitatem Budam. Post
 hec pontem preparaverat per Danubium flui et sic equitavit in pa-
 ce adomum suam Constantinopolim etcet.

27

Inde iam Ioannes vaivoda, quod sensisset, cesarem Turcarum 1
 equitasset adomum et regnum Hungarie media pars iacebat in de-
 solacione et eodem tempore fugam dederant ad Vienam, qui per-
 manserant de afflictu cesaris in Mohach, videlicet, Stephanus Ba-
 tor et cancellarius Thomas episcopus Vaciensis, antequam noviter
 erat accepturus de rusticali genere et erat parochus in opido Mis-
 koch. Inde quidem Ioannes vaivoda erat in Thocay opidulo.

Et fama vigeat valde, quod unus homo Tracianus surrexis- 2
 set nomine Iovan char de parte Transilwaniensi, precipue a par-
 te Lippa, et ab Hungaris vocabatur niger homo. Ego nempe fu-

eram in Cassovia, dum scribebant idem anno 1.5.26. Et dominus 2
vaivoda cumque audisset nigrum hominem congregantem cum mul-
titudine, quia Traciani confluebant ad eum quasi ad novum sanc-
tum, ut veniret ad eum. Et venit ad Thokay tantum cum eo de-
cem militibus accepisse. Cumque intrasset ad dominum vaivo- 4
dam humilians se cum poplite curvo et se ipsum commendasse
incepit verbis faventissimis et dicebat, quod, ubicumque vellet tua
magnificencia me fore, ibi stabo vel staret. Et Ioanni vaivode ad- 5
hesit tanquam servus. Dominus vaivoda grato animo accepit su-
am commendacionem et intrinsecus fecit iuramentum per manus
domini vaivode, quod rite serviret ei ad fidem suam susceptam.
Post hec dominus Ioannes vaivoda donasset cum equis et cum ex- 6
pensis et de aliis et precepit sibi, ut ultra equitaret Tisciam flui
ad desolatam terram Bachmege, quia adhuc in Bachmege multa
aliomonia apparebat per villas, acerbos et pecora, que ad sortem
Dei permansisset, et sic emisit eum. Et ille Iovan char cum mul- 7
titudine Tracianorum cito equitavit per Ticiam flui et de Turcia re-
gno multi Traciani currebant ad eum quasi ad novam prophetam
et insuper fabulantes de ipso miracula facere per opinionem.

Ego quidem audiens eum in Thocai residentem, quod abens 8
conventiculam cicius cum Cassoviensibus, et initavi ad Ioannem
vaivodam, quia preceperat, ad eum ut venirent, et sic ibebant ci-
ves Cassovienses circa ipsum et ego cum eis. Cumque properavi- 9
mus ad Thokay, extunc vidi Ioannem Docy, vidi Petrum Prini, vidi
prepositum Georgium Budensem, vidi Ioannem Vitez Kalay et vidi
Franciscum Bebek, vidi Franciscum Homoniensem et multos do-
minos magnates vidi. Et ita statuerunt, quod quilibet veniret ad 10
Budam ad festum omnium sanctorum. Et quattuor comites erant
in concilio Thocay, videlicet, de Hungu, de Turoch, de Batornyr,
de Pestvarmege et sic de aliis magnatibus multa erant. Et castor
gentis sue Ioanni vaivode erat proxime Fegiwernek, opidulum est.

Et me cum intuisset, quia iam spaciabat in atria domui sue, 11
signum fecit mihi cum digito suo et accessi ad eum flectens cum
genibus meis. Mox incepit investigare, quomodo de Buda veni et
nunc unde. Ego respondi ei: Domine magnifice et graciose, de
Buda ad Kassoviam, de Kassoviam erga m. vestram ad Thokay.
Et inter colloquia interrogare cepit, quod quomodo regina Maria 12
de Buda recessura erat et Ioannem elimozinarium fecistis. Ego
nempe recte sibi prenotavi per linguam meam, sicut scriptum in
inicio. Et canonicus eras tum in Orodiansi? Sic, domine magni-
fice, sed rex Ludovicus retrorsum ad capellam suam iterum pre-
ceperat mihi venire. Et fuisti cum eo in bello? Fueram per duas 13
ebdomadas, vidi inter dominos principes perperam magnam, ego
ad Budam iterum reversurus fueram et duo socii mei cum regie-
state in hodierno die resident in campo Mohach. Et dominus Ioan- 14
nes Docy cumque vidit, commendare cepit sibi ad cappellanatum
suum et dominus vaivoda porrexerat mihi manus suas et meam
eciam dedi et precipere fecit me cum eo ire. Timpanista mox ce-

pit tangere in timpano, ut quilibet prepararet se ipsum ire versus Budam.

Interim Bositt Radich destinaverat sibi unum Turcum vivum 15 cum omni apparatu suo et de turba Turcalium unum caput magnum serpentis, quod longitudo erat caput serpentis per duos palmites mei. Erat horrenda res et Turcus incepit declarare, quomodo 16 esset inventa et quomodo interfecta per Turcos pedites cesaris, quod camelli cesaris dum pergerentur per Vertos, hoc est, deserta silvarum adversus Vienam. Et ceperat camellos contribulare et camelli perterreri ab ea et sic pedites, id est, iagnichari cum pixidibus sagittantes interemissent. Illum Turcum destinavit ad reginam 17 Mariam Viennensem et regina in litteris scribebat iam dominum fore pro ea dominum vaivodam, admodum maritus firet, sed dominus vaivoda nequaquam voluit.

28

Postea de Thokai movuit se ad Budam equitare cum magnatibus et cum nobilibus et venimus ad Zerench, ubi abbacia cum monasterio apparebat. Et ibi dormivimus et ibi obtullerat episcopatum Chanadiensem Ioanni abbati, qui crassaverat se ipsum, et me interrogabat prius dominus vaivoda, quod si esset probus aut non. Et ego dixi: Est probus et valde continens, quia in patria 2 mea erat post magistrum in scola resemptor et nullam ignomiam audissemus contra eum. Et post hec semper fuit bonus mihi benivolus, dum residebat in Chanad episcopatu iam suo.

Iam de Zerench mane surreximus et timpanista in aurora 3 semper solebat. Et in hospicio cognicionem feceram cum duobus famulis domini vaivode, unus Georgius Basi, alterius Bartholomeus Horwat, et erant valde probi viri et consiliari domini vaivode et ego cum eis. Et rogaverunt me, ut sim cum eis semper in hospicio, ubi haberent, ut ne aliqua suspicio ad me esset. Et venimus ad Agriam ad Paulum episcopum, qui celebraverat primiciam suam in una feria sexta apud heremitarum sancti Pauli supra Budam. Legendo solennizaverat Paulus Vardi, quando venerant ambo 5 cum Ioanne Doci a rege de Mohach. Et grato animo susceperat Ioannem vaivoda in die festo beati Demetri martiris et bene tractavit eum dominum vaivodam. Unde surrximus mane et iterum pernoctavimus in opidulo Hattwan et secundo die venimus in profesto omnium sanctorum ad Budam.

Cumque Budam Pesth extunc desolata erat, tantum murata 6 fumoria apparebant. Et multa cadavera circumiacentes per vicos et plateas de etnicis, quidam de christianis, quod turpiter iacebant. Et magnum luceum portaverat domino vaivode Gotthardus Kwn. Cumque intravimus ad arcem Budam, et tunc invenimus 7 Gotthardum Kwn castellanum in arce Buda. Ego admirabar tacito mente et prandium hora vespertina manducavimus et ait mihi, quod iam pransi fuimus: Pater Georgi, iam provideatis ad vesperam, ut cantetis. Et magno honore tenebat me, quod semper de Tokai s

usque ad Budam cum ipso habueram prandium et cenam. Et scriba sua semper me deridebat Melchior, quod me in magno honore tenebat.

Interim septemviri intraverant et in ulnis manibus habentes 9 quilibet unum unum bacum, id est, clavam. Et viri eminebantur valde persone militaris et dominus Kwn Gotthard cum eis introducens et Turcali gestu inclinato capite flexis genibus salutaverunt coram Ioannem vaivodam et dixerunt: Quidquid nobis mandaverat vestra magnificencia, fecimus et facta sunt. Et ait: Pater Georgi, 10 ite vos et preparate vos ad canendum vespas. Interim unam bombardam extra flavere dederunt et dixit Stephanus Verbwch: Domine vaivoda, nos quidem extra exclusi eramus, nunc quidem libere et tutè intravimus ad arcem Budensem. Postea nos ambo 11 cum Stephano capellano introvimus ad sacellam registatis. Extunc unus bonus sacerdos erat Gregorius iam senio confectus Pestiensis natione et bonus vociferatus erat a iuventute sua. Pulsavimus 12 unum et secundum, per tertium pulsum eciam castellanus arce Budensi extra assavit et cum Ioanne vaivoda multi magnates coravimus et cantavimus vesperam de omnibus sanctis. Postea post vespas unum 3iario extra assaverunt de bombardam clobulum.

Interim scripsit litteras de arce Buda ad partes Germanorum 13 et ad partes orientalium et ad partes septemtrionem, quatinus ut quilibet veniat ad consecrandum regem vel gubernatorem regni Hungarie ad defendendum. Quia materia epistolarum sic sonabat: 14 Quia videte, domini Hungari, stat et sedet sola desolata Hungaria maior pars. Et per unam ebdomadam spectavit. Qui venerunt, qui non venerunt et de Germania nuntiaverant, ut ne debent ipsi Hungari aliquem regem consecrare, donec dominus Ferdinandus rex descendit, quia filium suum decernat corona Hungarie. Quod 15 hec responsionem audissent Hungari, dixerunt ad legatum Germanorum Hungari: Scitis, vos Alemani, nuncquam elegerunt nobis Geramani regem neque regnum post anciam non regitur et eis partibus Hunagaris ut veniant, quia inter alienos gentibus non suscipiunt benivolo animo, igitur veniant quam primum.

Et de alia parte miserat inquisitores corpus Ludovici regis 16 in loco conflictionis. Et erat valde amabilis unus capellanus nomine Nicolaus Thatai et ipsum elegit Ioannes vaivoda. Et invento corpore portaverant iam ad Albam Regalem. Cumque audisset Ioannes vaivoda, quod invenisset, illico iusserat de puro auro coronam fabricare cum auri fabricatoribus per Iacobum Thornai et cicius laborare mandaverat. Et inde de Buda movit se Ioannes vaivoda, quod audisset, iam corpus inventus esset Ludovici regis et corona quod iam prompta esset. Crevit se ipsum et dormivimus in una villa Martonvasar.

Et Pestieny venerat Gregorius, tunc iam cepit consiliarius esse 19 se Ioanni vaivode. Quod ego vidi, dixi in cena consiliariis suis, videlicet, Georgi Bassi et Bartholomeo Horwat: Ego valde timico Ioannem vaivodam destruentem a consilio Gregorii Pestieny.

Vos quidem usque huc tempus cum bono consilio fovistis d. 20
 tre dominum vestrum. Credatis mihi, domini, quod iam hic oritur
 consilia mala a nigro serpente, quia, domini mei, sciatis me, quod
 ego ipsum de officio suo, dum fuerat provisor Varadiensis et ego
 capellanus reverendissimi Francisci Prini fueram, quod erat pro-
 digus valde ac discipatur ecclesie Varadiensis. Ego intro acusave- 21
 ram eum reverendissimo Varadiensi tali modo: Reverendissime do-
 mine, iste Pestieny valde est prodigus, quod iam decem vas mel
 decima inplevit et verres ducenta ad domum suam Martonos re-
 duxit et insuper in pecuniis sex milia marcas portare fecit cum
 Ioanne capllano suo. Et dominus reverendissimus Varadiensis sen- 22
 ciens, quod verum esset, quia statim scrutatores miserat per com-
 itates provincie et plusquam reperiebant, quam ego dicebam. Et
 sic in cena in hospicio pro spacio fabulabam et propterea curam
 adhibeatis de domino vaivoda. Dixerunt ipsi predicti viri: Domi- 23
 ne pater Georgi, iam non est puer, habet etatem. Et econtra: Ne-
 mo sibi satis secundum apostolum.

Noh altera die in timpano percuciebant et iterum movit se 24
 vaivoda et erant cum eo Petrus Prini et Ladislaus More, Valenti-
 nus Therek, Franciscus Battyani. Isti latrones erant quasi semivo-
 luntate et pocius deridebant eum et dicebant inter se: Ecce vlt
 iste Ioannes de Zapolai rex esse. Cum apropinquassemus civita- 25
 tem Albam Regalem, ecce cives subito claves retulerunt ad ma-
 nus Ioannis vaivode et grato animo ab eis accepit et iterum re-
 tullit eis e converso. Intravimus in civitatem et gradarium meum in 26
 Hostat amisi et apreciavi unum bonum hominem, ut curam ageret
 pro equo meo. Et cum predictis viris ivimus in civitatem prope
 ianuam civitatis apud iudicem et in feria sexta erat.

Inde quidem ecclesiastici ordinaverant cuncta, que necesse erant 27
 ad sepeliendum regem Ludovicum et cucurri ad dominum meum
 regem Ludovicum, ut viderem et experimenciam acciperem. Ioan-
 nes David, Nicolaus Thatai, isti erat veri capellani Ludovici regis.

Iam hic, karissimi domini lectores, bene attendite in scriptu- 28
 ris declaracionem meam de morte Ludovici regis. Cumque corpus
 eius inspiciebamus, extunc tres foramina fixuras reperimus, quod
 cum gladio Bohemica tranfixus erat. Et nos tantum secrete sacer-
 dotes perscrutavimus et non debuimus aliis enarrare propter Io-
 annem vaivodam. Sic erat mors Ludovici regis, certe sciamus ve- 29
 rum essequi post mortem Ioannes rex. Unus miles Hungarus, quod
 audierat iam moriturum Ioannem regem, et ait: iam debeo revel-
 lare mortem Ludovici regis. Tali modo inceperat dicere: Fratres
 mei amantissimi, attendite mortem a me, quomodo accesserat sibi.
 Ludovicum regem ultra palludem exporctaveramus sane et integre 30
 Georgius Zepusiensis et Paulus Thomori, qui Cheribassa. Et erat
 simul cum eis Cytrich et ad unam villam iuxta opidum Batha cum-
 que advenissent, dixit Georgius Sepusiensis: Domine rex, si vis
 hic aliquid pausam habere et de equo descendere et de metallo
 exuere et aliquid collacionem tibi preparare. Quod audiens pau- 31

per rex placuit sibi consilium et similiter Cheribassa commisit ad bonum. Cum rex tali modo perfecisset, sicut dixerant ei, Paulus Thomori cum licencia regis iverat ad hospicium suum. Inde nemp-³² pe Georgius permansit cum rege. Dixit Georgius Sepusiensis: Tu rex, bestye tanchos kiral, perdidisti regnum Hungarie et nostrum iura ac rectam sententiam de possessione Laurentii ducis, vere et tu morieris. Georgius ewaginavit Bohemicum gladium et punxit³³ ultra tribus vicibus. Et rex dedit casum ad terram dumtaxat, quomodo indusia sola sedebat in una stuba. Paulus Thomori hec sciens, quod interfecisset, statim invasit contra Georgium. O tu latro³⁴ mordax, dixit ad Georgium. Ipse Paulus erat in lorica non exuens se, quia viligabat regem tantum, quod ad hospicium suum divertisset ad clentulos suos. Et Paulus mox interfecit Georgium Sepusien-³⁵ sem. Georgius Sepusiensis habebat vice belli ductorem cum caterva magna, quod audiens, quod dominum suum Georgium interfecisset, mox contra Cheribassam impetum fecit cum sua caterva et ibi interfecerunt Paulum Thomori. Ecce, quomodo tres iacebant³⁶ morituri. Et, dicebat miles Hungaros, erat iam nocte, pentekre ver-radoban et erat valde crepuscum noctis. Et statim cicius Georgi-³⁷ um et Paulum in una thomba iacent in ecclesia villanarum et regem Ludovicum indusia exuentem tali modo portaverant ad lacum. Et non ad lacum miserant, sed infra rippam laci foderant paupero tumulum et ibi amiserant.

Et tali modo ego vidi cum predictis meis capellanis tres fi-³⁸ xuras super corpus eius et crux pendebat ad collum eius aurea cum tenua veste et camisia, sicut fuit exutus, et in digito anulus copulacionis erat adhuc propter veritatem.

Hec cum vidisset tam horrendam conflictionem pugillationis³⁹ Citrich Bohemus, erat mox pauper super equum ascendens cum duobus solummodo clentulis et per totam noctem divagans sua sors reducerat adversus ad Albam Regalem. Et ibi audiens, quod⁴⁰ regina Maria discessisset de Buda ad Viennam, et ipse post ipsam equitavit. Et cumque Citrich ad reginam evenissent, mox regina interrogavit de Citrich regem Ludovicum et tali forma coram eam cuncta predixit. Et precepit regina ipsum capere et ad pretorium⁴¹ civitatis recludere et mala morte eum etiam interfecerunt Germani. Et hoc obiciebant sibi paupero: Si eum non amisisses, non fuisset ipse morte dira necatus. Et, si non ewasisset, mox et ipse interfettus fuisset. Et sic ipsum Citrich per Germanos exterminatus erat de mundo.

Inde quidem regem Ludovicum assumentes et in sabato die⁴² in profesto beati Martini confessoris induerunt eum episcopi in dalmatica et in pedibus sandaliam et in capite diademam de auro puro inponentes et solenniter commemoracionem fecimus pro anima ipsius religiosi et sacerdotes sacrificantes pro eo et unam markam fecit ac mandavit, ut offerant ad aram crucis pro eo. Et⁴³ post hec in una tumba marmorea condiderunt, quia a puericia male consueverant nascere eum et semper omni anno faciebant in

tempore carnisprivium in principem demoniorum et ad lasciviam traxerant eum ancille post dominam Bornemizane et ad corizandum docebant, non ad protectionem suam regni. Et delirum faciebant optimates Hungarorum ita adeo, quod neque dabant sibi satiss comedere. Scio sepcies, quod cenam non habuit et proventum suum inter se dividebant optimates. Et sic finvit vitam pauper Ludovicus etcet.

29

Iam Ioannem vaivodam mane cito magnates et nobiles extra civitatem in Hostat congregati fuerant. Et dixit Stephanus Verbwchi cum magno clangore dicens: Domini Hungari, quem vltis iam regem habere, quia regnum Hungarie nunc iacet desolata sine regimine gubernacionis. Nullum nesciebant proclamare, solummodo Ioannem vaivodam. Et inter hec venit de Germania nuntius et portans litteras Ferdinandi et palatini Stephani Bator et epistolam cancellari Thome episcopi Vaciensis. Interdixit legatus Germanorum, ut neminem deberent coronari, nisi superiora pars quem. Et relacionem mox obtullit contra legatum Ferdinandi dicens sic: Nos habemus hostem omni die, omni hora, nequaquam possumus de hac hora dilatare, sed nos regem volumus habere.

Partim nolebant in regem Ioannem vaivodem, quod Stephanus Verbech erat respondens in persona Ioannis vaivode. In una hasta mox elevare fecit unam bullam in magna copertura sigillis pendentibus et dicebat: Ecce, Hungari, promissio et pollicita sub fide quilibet nobilis comitatibus ad fidem suam et magnates, ut post obitum Ludovici regis non erit, solummodo Ioannes vaivoda Transilvaniensis. Et magna voce dicens: Ubi es, Stephanus Bator, quem de fauce leonis liberaverat te? ubi es nunc, Valentine, quem infidelem deputaverant regnicoli in Mohach propter obsidionem Nandoralbam, et fugam dedisses sub umbra Ioannis vaivodam, quod arcem nobilissimam Nandoralbensem perdidisti? Et ad integrum annum nullus nostrum sciebat, ubi te absconderas. Multa talia proponebat Stephanus Verbwch, quod non erat similis circa eum in Hungaria.

Et erat unus milles Franciscus Bodo, surrexit et dixit magna voce, quod regnicoli volunt in regem fore Ioannem vaivodam. Et clamantes uno ore, ut Ioannes sit rex, et legatus sepcissime provehebat. Et volebant mactare Germanum legatum. Quidquid nos volumus determinare, ipse iterum destruit. Circa ad ipsum bestiam Alemanum, ut interficiamus eum. Quod audisset legatus, quoniam nil curarent Hungari de Germanis, non pausavit multum, sed versus Germaniam occurrit.

Inde quidem hornaverant iam cadedram in ecclesia et cum panno totam ecclesiam hornaverant copiose et lucernibus super se preparaverant, sicut decebat consecrare regem, et in sacrastiam inprimis, quo intravit Ioannes Sepusiensis. Et eum induerunt in pallio viridi coloris purpureo deaurato sancti Stephani regis et pre-

cingerunt gladium sancti Stephani regis per lumbos eius et dederunt in manibus suis adexteram sceptrum, ad levam aureum popum crucis. Et episcopi duxerunt in medio ecclesie, ubi constitutum erat sedes consecrandi, et sedere fecerunt eum. Et coronam, Strigoniensis atum vacabant, quia in Mohach in conflictu ibi relictus erat Ladislaus suttor, sed in loco iam Paulum Varda eum deputaverant in locum suum, ipse et Petrus Priny ambo tenebant in manibus suis. Et cum ridiculo Petrus Priny cum clangore magno dixit: Hungari, hic est corona, quam ego in tribus annis non vidi, et surrepta erat, vltisne coronari Ioannem Sepusiensem de Zapolya. Partim clamantes: Volumus. Stephanus Verbwch valde procurabat pro domino suo waivode. Scitis, nobiles et ignobiles, quia de septem civitatibus liberis iudicis fore quisquis cum consiliariis suis et ibi erant, quod dominus vaivoda quanta servivit vobis, Hungari, et vltis esse sibi ingrati. Dixerunt: Volumus. Et dixit adhuc Stephanus Verbwch: Noh, quilibet manus suas ostentat super capita sua. Et partim tantum, non multum viderat ascensisse manus suas.

Hoc erat in festo beati Martini confessoris in dominico die et posuerunt in capite coronam angelicam et magnam missam solennizabant et in capite consecrabant more eorum. Ego quidem intuebam eum, quomodo sedebat cum preparato hornamentis. Illico incepit corona angelica vertere se in capite Zapuliensi Ioanne. Et episcopi sepe cum manibus suis tenebant per caput suum. Quod amitebant, illico incepit eciam vertere se in capite. Dicebant, quod non meretur, quia manus pollutas habet sanguineas super cruciferos, quod decepisset eos cum fide sua et super Siculos in Transilvanie. Et verum dicebant simulatim. Quidam dicebant non, sed propter caput suum parum habet. Et inter hec ergo consecrabant, sed communitas hec verba fabulabat. Quia, fratres karissimi, vox populi vox Dei.

Iam decreverunt consecracionem suam et ungebant unctione regalium caput et manus, ut calices posset in manibus actipere. Et ad sacrastiam duxerunt et exuerunt eum et de sacrastia extraxit. Et dixerunt ei episcopi: Iam vestra m. exeat de civitate et ad deputatum locum more antiquo iam cum gladio beati Stephani regis signum faciat more crucis. Et sic supersedit equum suum et voluerunt cum eo ire. Ierunt quidam, alii deridebant, precipue Ladislaus More, Franciscus Battyani, Valentinus Turcus. Paulus Bachyt, erat Tracianus ipse, cum caterva sua cum eo equitaverat. Et cum honore Traciani intro portaverunt, quia Iwan char miserat milites, ut essent presentes ad honorem et ad tutelam ipsius. Et portaverunt coram rege vexillum regale extra civitatem ad imaginem sancti Nicolai et super equum sedens ewaginavit gladium sancti Stephani, signum fecit crucis ad orientem, signum sancte crucem fecit cum gladio ad occidentem, signum sancte crucem cum gladio beati Stephani regis ad septemtrionem, quarto fecit signum gladio ad meridianaum. Episcopi ibi salutari erant singillatim et osculantes eum,

ut Deus et beata Virgo cum sanctis protegat coram Dei filio suo, ut maiestas tua protegat ac defendat regnum Hungarie et totam christianitatem.

Et mox inceperunt Te Deum laudamus et portaverant ad hospici-²³um suum ad domum prepositi. Et ait Petrus Prini: Ego non sedeam ad prandium, donec ad manus meas non porrigetis coronam angelicam. Rex Ioannes mox contristatus erat et nescivit studiose quidquam respondere contra eum.

30

Iam, fratres carissimi, hic incipiunt tradicio principalis Ioannis¹ regis. Ut tantum vocavisset antiquos consiliarios suos, videlicet, Georgium Basi vel Bartholomeum Horwat, et Verbwchi Stephanus obtavit. Ego quidem intelligebam, quid eweniet sibi. Et ei latroni,² qui nunc captus residet apud Ferdinandum, ut ego predicarem regi-estatis sue, ut nequaquam daret coronam angelicam ad manus eius, quia latro est sine maturitate et instabilis. Curebam ad hostium³ regi-estatis, non miserunt intro isti horoscones, sed melius verberaverunt cum verbis et cum vapulacionibus. Melchiorem literatum in obvio mei, dixit mi: Quid vis, domine Georgi pater? Dixi sibi: Eas statim ad regem et dic ei, ut ne porrigat coronam⁴ ad manus Petri Prini, quia peior erit a priore. Et illico Gregorius Pestieni, qui erat cor Petri Prini, quia a iuventute sua servus erat Petri et sibi Emerico Prini, et alii similiter, precipue Franciscus Battyani et loquaces erant adhuc in vita eorum. Et hec dicebant: Serenissime rex, nil curam habeas de corona, quia iam es coronatus et nullus potest esse alius coronatus contra maiestatem vestram in vita tua.

Rex Ioannes iussit dare ad manus Petri Prini et insuper vaivodatum⁶ Transilwaniensem, quia pater ipsius Petri Prini Emericus palatinus, dum vivebat, sepissime rogabat Ioannem vaivodam, ut filium meum Petrum Prini commendo sub tutelam m. vestre, et ipse mox sibi spondebatur et post mortem patris sui valde sibi favebat Petro, quia iam diu prophetabant, quod nequaquam potest⁷ abire Ioannes vaivoda, ut rex non fieret. Et rex insuper obtulit ei banderium magnum decorem et deaurato, quod erant in palacio. Et vexillum volebant extra portare de palacio prepositi. Repente surgens magnus ventus, mira res erat, quod, cum portare volebant, ventus retro trudebat et milites fortiter capientes vexillum et erat in numero duodecim et rursus retro traxit ventus. Postea de ligno banderium retraxerunt et sic pacifice extra portaverunt.⁸ More Ladislaus propter possessionem Laurencii ducis statim de civitate exilium faciebat, quia metuebat iam regem Ioannem. Et Valentino ispanatum Themeswariensem. Et suis antiquis servitores suos cum nihilo respexit.

Et iam laute comedunt et bibunt, triumphant in citaris, in timpanis, in tibiis canentes, quia rex confidebat erga Petrum Prini et Valentinum Therek, quod ipsi memorarent de Ioanne vaivoda,

quod bene eis fecisset. Interim me vocaverint ad prandium, ubi iam solebant comedere aulici et cubiculari regiestatis Boza Benche, Thomori Laus, Franciscus Chorba et sic de aliis. Sedere fecerunt me iuxta mensam, valde tristior neque bibens neque comedens. Inceperunt me aliare, ut comedam. Quid comeditis, quid vos nunc bibetis, vere dico vobis, quod spuma sanguinea exspuetis. O vos fatui cubiculari, vere merdastis in regietatem et prolulistis in cloacam. Qui, dixit mihi Melchior litteratus, quare dicis hec, domine Georgi. Propter hoc dico: Ioannes rex statim deveniet in magnam persecucionem. Existimabam eum esse prudentem, atamen fuit valde semifatuus, quod dedit coronam repente de manu sua ad manus Petri Prini et insuper vaivodatam Transilvaniensem et Valentino Thorok ispanatum. Et ecce, bene percipiat, quia iam exclusit se rex de Hungaria. Dixit Melchior: Non, domine pater Georgi, Petrus Prini hoc dicit, quod, si posset capere Stephanum Bator iterum, suspenderet. Ego dixi: Sicut homo digitum suum non possit cum fauce sua rodere, ita frater est Stephanus Bator et e converso Petrus Prini germanus est Stephano Batori. Et surgens ivi ad hospicium, ubi duo viri erant, Georgius Basi, Bartholomeus Horwat. Tunc et ipsi cum magno merore doloris sedebant iuxta mensam non comedentes neque bibentes. Et dixerunt mihi: Vere, pater Georgi, mala habemus et in futurum habebimus peiora priore. Et sic inceperunt modeste declarare tradicionem Ioannis regis quod repente extradidisset coronam de manibus suis et vaivodatam Transilvaniensem et ispanatum Valentino Therek. Iam exclusus est rex Ioannes.

Et Petrus Prini illico cucurrit gaudenter ad Budam, non spectat regem usque finem. Et de Buda statim cucurrit ad Fizirvara et ibi coronam stavit in duro loco.

Inde Radich unus miles Tracianus satis expertus in bellica arte et dixit regi Ioanni lingua Traciana: Quid hic spacium habes in civitate Albegalium? tamen dicio regibus predecessoribus est, quod tribus diebus et tribus noctibus debet perseverare. Vestra maiestas iam sunt plus quam duo ebdomade, quod hic manet vestra maiestas. Ego video perniciem adhuc in futurum, quod male stabit vestra maiestas, sed do consilium, ut statim curramus super aquam et super terram Poseniensem occupare et regietatem Bohemorum. Principis obsta, sero medicina paratur. Rex audiens et bene videbatur, sed isti consilii novi dicebant: Non, domine rex, sed ad futurum, quia iam nunc iems est et in mense Aprili bonum erit movere se regiestatis. Rex movit se ad Budam, quasi effeminatus homo. Qui expuebant, qui hec dicebant: Vere bene nominaverat eum Georgius Siculus -Cathalin vaida sub Sarno, quando cum suo fratre fugam dabat versus Nandoralbam. Nunc est Katalin kiral. Nos existimabamus, quod esset bonus pastor campi, ut defenderet agnelos a lupibus. Sub moli pastori luppis lanam kakat.

Et venimus ad Budam. Interim ibant nobiles et ignobiles 21
 quilibet ad propriam possessionem suam ad Bachmegie. Sed Ioan
 char non permittebat eis habitare propter victum, ut ne caristiam
 facerent eis Tracianis, quia Turci non urgebant victualiam, ubi-
 cumque erat, quia et Hungari, quod fugam dabant, non perdebant
 victualia. Et ipsi nobiles partim ibant ad propriam, quia niger 22
 homo hoc dicebat eis: Ego inveni istam terram desolatam et om-
 ni gente mea descendi. Et ipsi obponebant Hungari: Nos non delin-
 quissimus istam terram, si potentissimus non venisset super nos.
 Et ipse hoc proponebat etiam eis. Et accepi a potente. Quia iam 23
 multi erant cum eo Traciani, erant iam inter eos thesaurarius Zu-
 bota voivoda, erat palatinus sub se et nobilitates iam per dona-
 tionem dividebat Tracianis hereditates nobilium.

Et venerunt nobiles multi ad conquerendum ad regem Ioan- 24
 nem et dicebant nobiles ei: Serenissime rex, iste niger homo multa
 peregit et cum suis recuciant homines christianos Hungaros sub
 terram, simulant et alia supra faciunt. Et sic detrahebant eos Tra-
 cianos et ipsi nil curabant cum Hungaris. Et ipse sepissime eli- 25
 gebat nuntios suos ad regem Ioannem et hec dicebant paraliphi
 sui ad regem Ioannem: Quod si placet maiestate vestre, servire
 prompti sumus, mori singillatim pro vestra maiestate et tantum pre-
 cipiatur vestra maiestas domino nostro Ioanni cesari Tracianorum.

Quod ego fueram scriba eorum, sive supplicationes sive lit- 26
 teras aliquas volebant. Scribebam eis et linguam eorum ideoma-
 tam scio valde. Ad me currebant cum honore, muneribus. Et do-
 minus rex noster Ioannes dixit nuntio Iowan chari: Ipse Iowan
 char vester princeps tribus vicibus iuramentum mihi fecit in Tho-
 cai, quod sub pede equi mei vult mori et est meus homo. Et pa- 27
 ralimphi sic dicebant: Vere credat maiestas vestras, quod nunc do-
 minus noster Iowan char hec dicit, que vestra maiestas profert no-
 bis coram. Et rex maiestas sua permisit eos ire et quandoque di-
 cebat rex eis, renunciant: Ad necessitatem meam veniat cum omni
 diligencia erga me.

Et habebat sub se duodecim milia Tracianorum et potuerat 28
 cum eis mancipare Possoniensem et Pragensem, regnum Bohe-
 morum. Radich Bosit sepe ipsum movebat super aquam et super
 terram versus Viennam, per Deum, omnes potuerat subiugare eos
 sub se, sed per segniciam suam neglexit. Tempore vaivodatu suo 29
 erat strenuus et curans et velox in causis pergebat, hawd in re-
 gietate sua nil ausus erat, sed tremulus erat. Nos admirabamur, 30
 quod Deus omnipotens acceperat ab heo strennuitatem suam, et
 dicebant de eo curiales: Ecce timor habet penam et donavit eos.
 Et sic misit eos adversus Iowan char legatos suos.

31

Et nos cum rege ad iemem intraverat ad Strigoniensem Paulum 1
 Varda in profesto beati Andree apostoli et per totam iemem mansimus
 ibi in Strigoniam. Et post regem venerat unus Turcus precursor a 2

cesare et in hospicio Francisci Chorba mansit plus quam una mense privatim, ut non deputarent penitus traditorem Ioannem regem.

Et in Strigonie rex fecit assessores et arbiteros et diudicabant utriusque per favorem magnam, qui potuerit dare superflua de auro et argento. Assesor unus nomine Benedictus Bekeny de Preslen, alter vero Bernardus Baxai et male et fecte procedebant iure sedis registatis. Et rex, quod intellexisset latrociniam eorum, minatus erat eos et aliquid decessabant, ut iuste iudicaret.

Interim fama vigeat, quod Ferdinandus valde prepararet se ad Hungariam intrare ac intrussus fore super Ioannem regem. Quod sepiissime publice sonuerat in gurgis nostris, quod Hungari superiora pars regem Ferdinandum crebre swadent eum, ut super aquam et super terram infra descenderet ad Budam. Quod ego Petrum Petrovyt vidi et ad faciem ipsius eweneram: Ecce, domine Petre, quicquid ego dicebam in Albaregalia vobis in die coronacionis, quod rex male constituisset Petrum Prini ad vaivodatam Transilvaniensem et sibi coronam ad manus suas restitum et Valentino ispanatum Themesvariensem. Dixit mihi: Scis, domine Georgi, quod rex, dum vaivoda erat, excusaverat Valentinum Therek, quod regnicoli ipsum infidelem eicebant eum in campo Mohach et in Transilvaniam alebat ipsum sicut unum pauperem. Et Petrus intrinsecus iuramentum fecit super ewcaristiam manus suas ambas inponens, ergo non exstimasse eum nos infidelem et periurum, quia Petrus Petrovyt erat carnaliter frater, hoc est, atyafy germek erat cum rege. Ego dixi sibi iterum: Illa secreta consilia vestra non bene sonat interdum inter wlgos, sed piissime inter colonos publica consilia eorum melius sonat, interdum eiam ad perfectum deveniet. Sed ego consilio do vobis, ut statim accedas ad regem et dic ei, quod statim faciat vocare Petrum Prini ad se. Quod si venerit, mox capiatis ipsum et ex ipso extorquere faciatis coronam, quia ego audio ipsum esse in Vienna clani sub una veste indutum nigro guba apud fratrem suum Stephanum Bator et apud regem Ferdinandum et Valentinum. Admodum bene recordetur vestra d., quando ad Budam descendebamus de coronacione et Valentinus Therek et Franciscus Battyany circuibant sanctum Georgium cappellam et unus alterum valde insultabant et ad futuram noctem in exilium fecerunt in nocte de Buda ambo absque scitu, licencia regis, quod audiens nesciebat, quidnam hoc esset. Fecit vocare Petrum, neglexit venire, fecit vocare Valentinum Therek, neglexit venire. Ecce, domine rex Ioannes, isti adolescentes quomodo stabunt in fide suorum, maturos neglisti tuos ac retrorsum proiecisti, nepotes tuos, quos fovisti ab infancia, abhominasti. Hec dicebant antiqui consiliari eius, id est, Georgius Bassi et Bartolomeus Horvat, licenciam abhibuerunt a rege Ioanne et iam Ioannes nolebat mittere eos, sed ipsi dicebant, iam habeat et habet consiliarios novos. Ergo utemini cum eis. Ipsi ordinaverunt se ipsos et equitaverunt adomum Transilvaniam. Et, domine mi, illi duo viri nunquam comparuerunt ei in vita suarum, quod iam vi-

derunt regi Ioanni stoliditatem. Vere bene antiqui Hungari habebant in proverbis suis, id est, quod totoknak vadalma figei.

Post hec venit Cristoferus Groph de Crowacia cum solenne ad regem Ioannem. Et erat in statura mediocris, caput cum barba senectus et in verbis paucis in Latino sermone edoctus, in passu suo miles. Et ipsum elegit, ut gladium ferat coram rege, dum iam scribebant anno 1.5.27. in carnis privium.

Inde quidem Ioannes Vitez Calai se congregans cum equitibus et cum peditibus numero quingenta cum Tracianis invadebat contra optimates dominorum ad Kiswarda, quia illi fatui tenebant cum Ferdinando rege, et, dum Ioannes Vitez Calai erat cum domino rege Ioanne Albergalium, extunc ipsi Kisvardenses depredaverant hereditatem suam. Et propter hoc Kisvardam arcem obsiderat et acceperat et in odiernum diem exclusi sunt domini Vardenses etcet.

Post hec reiteramus ad regem Ioannem ad Strigoniam. Quod iam sensisset se ipsum demum, quod non vult comparere Petrus Prini, Valentinus Therek, intrinsecus se misit ad morem tristicie, cogitavit semet ipsum, elegit Ioannem Banffy, elegit secundum personaliter Andream doctorem, elegit etiam tertium Stephanum Verbwchi, ut essent legati ad Ferdinandum regem. Duo ex istis tribus voluerunt, sed nequaquam Stephanus Verbwchi volebat, quia sciebat esse Stephanum Bator crudelem et instabilem, quod legatum non debet interficere, sed ipse interficeret me. Et rex Ioannes scripsit epistolam ad Ferdinandum et hec erat: Suplico et obsecro ob amorem Dei omnipotentis et eiusdem genitricis, ne intres contra me ad Hungariam et intrusus ne sis sub in atrium coronam angelicam Hungarorum, quoniam ego sum rex Hungarie sive per fas sive per nefas. Et insuper ne suscipias consilia proditoribus meis, ne et tu tenteris ab eis demum, sicut et ego, quia iam super me possis exemplum habere. Quia ego non multum durabo in regietate Hungarorum, et statim descendit corona angelica ad filios tuos. Equidem ego tibi assummo, quod ego non matrimonizabo, ut ego procrearem contra liberos tuos. Quia si non desinis contra me venire, extunc protestor Deo omnipotenti et filio suo domino nostro Ihesu Christo, quod, actenus quidquid eweniet super vos et super filios vestros interitus, depredacio populorum et effusio, non est culpa mea et hac die non erit.

Et scripsit etiam secundam epistolam ad Hungaros magnates, precipue Stephano Batori et Thome episcopo Vespriniensi, et dicebat: Veni, domine palatine, ad domum tuam Budensem et ad officium Themeswariensem. Si pauper es, de paupertate tua possumus quicquam facere, quod non eris pauper, de egretudine vestra hoc iam Deus potest facere. Et isti prescripti viri ad iter in legacionem preparaverunt se ad Ferdinandum. Quod essent iam ad quindecim miliaria a Strigonie, in una villa Stephanus Verbech fecit se egrotatum et neglexit se ire ad principem Ferdinandum et duo illi equitaverunt regem Ferdinandum. Et ibi obtulerunt

epistolam et unum equum Turcalem cum hornatu suo et alia varia et Stephano palatino Batori cum suis consiliariibus. Quod perlegissent et intellexissent, clamantes et dicentes: O, adhuc melius supplicat et rogat, tantum modicum spectat. Quia iam preparaverant se ipsos super aquam et terram versus Budam: Et dicite pro pentecoste regi, ut exspectat ad divinum corporis Christi. Et cum diversa multa verba dedecora intingebant ipsos quasi delirantes et ipsum Ioannem Banfy captivare fecit propter causam ipsius, quod prius adhesisset ad Ferdinandum, non ad Ioannem regem.

Inde, quod audivit rex Ioannes, iterum precursorem misit dicens in epistola sua dicens, quod non decet legatum ligare neque incarcerare. Et nil curaverunt partes Ferdinandi, sed potius deluderunt epistolas suas et supplicationes et munera sua non bono animo accepisset et nullam relacionem dederunt Ioanni regi, sed taverunt. Ioannem Banffy permiserunt venire ad regem Ioannem post duobus mensibus nulla relacione, sed in hoc ewanuit.

Rex Ioannes intelligens se ipsum, quod male sonaret condicio sua, sed hoc erat in Novembris mensibus in octava omnium sanctorum, dum adhuc scribebant 1.5.26. Et cum eo nullus Hungarus preter Emericus Cibak et Gregorius Pestieni et Tornai Iacobus et Ioannes Doci, isti erant consiliari latrones. Mel procedebat de ore eorum, attamen venenum vhehebant in corde. Erant tantum nobiles et de ipso omnia possessiones rogabantur et de rege supplicabant per notam infidelitatis et libenter eis distribuebant et in scriptis habebant in litteribus donacionalibus. Et tantum inde ridebant, quasi fatuum. Tantum cum eo erat iste senex Dalmafa Cristoferus Groph et iste monachus Franciscus de religione Bernaldinorum. Et isti tantum erant ei regi Ioanni decori in curia sua et consiliari erant mediocriter.

Et portaverunt unam magna de albo pargamenum et statim misit precursores suos ad regna et ad provincias, ut venirent capitulares ad Strigoniam erga regem Ioannem ad testimonium faciendi, ipsi existimabant propter casum moriendi. Et venerunt duo capitulares de Quinque Ecclesiensi, alii duo de Varadiensi, alii duo de Vacia, alii duo de Nitriensi ecclesie, alii duo de Agria, interim de Crakovia, item venerant de Viena, item erant de Venusia, item venerant de Roma, item de Strigonia. Et precepit rex Ioannes in palacio magno introire omnis et ad mensam latam inponens pargamenum magnum et Thomas Tatar accipiens calamum in manibus suis et iterum incepit rex Ioannes iuramentum facere coram cunttis predictis spiritualibus dicens: Iuro per Deum et ad beatam virginem Mariam et ad beatorum Petri et Pauli apostolorum et ad sanctos et sanctas Dei omnipotentis, quod, de ac die quicquid ewenerit aut accesserit aliqua pernicies super christianos, non mea origo erit vel causa efficiens forem pernicie, non, sed Germanorum ac partibus Hungarorum adhesisse. Et sic multis verbis decreverunt.

Quod iam scripsisset Thomas Thatar, quia erat protonota-³⁰
rius, et perlegissent post quartum diem, extunc invenerant ibi eciam
scripse contra regem Ioannem. Et rex mox fecit captivare predi-
ctum notarium propter defectum scribendum, non ita scripserat,
sicut testabatur sua maiestas. Et post hec alius notarius capitularis⁴⁰
Strigoniensis perfecerat et Thome notario Vaciensi Tatar gratiam
Nicolaus Kwresi litteratus ad tempore multo erat apud regem Io-
annem. Et capitulares audientes, quod male ac iniuste processis-⁴¹
set in scripturis suis, ilico exclusus erat per fratres suos capitularis
Vaciensis, quia erat valde elatus in scienciis suis virtuti-
bus. Ad Cassoviam erat iturus, que propter partes Germanorum⁴²
erant, et ibi, quod tracionem fecisset, non retinuerunt in civitate
Cassoviensi domini. Postea in Transilvania mortuus fuit.

Et postea rex Strigoniensi tota ieme perseveraverat. Et sta-⁴³
tim ad Turcarum cesarem misit precursorem suum unum Racia-
num, ut curam haberet de eo. Eodem tempore audiebam: Quod si
possibile esset, quod demones excissem contra hostes meos, exci-
tarem. Et de ieme perveneramus ad tempus veris in quadragesima⁴⁴
in die festo Gregori pape, dum scribebatur annus 1.5.27. Et post
prandium rex Ioannes surgens de mensa sua dicebat hec: Quis-
quis erit mecum in tribulacionibus meis usque ad finem et perfectus
erit, dominium accipiet demum a me. Quod ego pauper audiebam,⁴⁵
mox gratulabundus fueram. Atamen volebam amittere eum, sed Ni-
colaus Keresy confortaverat me, quod a rege vlt impetrare mihi
unam dignitatem. Demum nil surrexerat de . . .

32

Quomodo Paulus Varda declinaverat se a Io-¹
hanne rege et per quam causam. Isti duo stolidi ac furibun-
di. Fecit vocare rex Ioannes Paulum Vardam archiepiscopum idem
Strigoniensem in die carnis privium feria 3ia. Quamobrem Paulus²
archiepiscopus non solebat lardones, carnes porcinas comedere,
propter iocosum illusorie archiepiscopi omnia cibaria fercule pre-
ceperat rex dispensatori suo Michaeli Zolati, ut lardones porcina-
rum coqueret ad cenam, quapropter archiepiscopus Strigoniensis
non comederet carnes porcinas. Vere aprobabo, si est verum aut³
non. Cumque hora ewenisset commedendi cena et ad iuxta men-
sam sederent per iussionem regis, portaverant in primis ferculum
cum rubeo carnes porcinas. Et rex libenter vescebat, quia natura⁴
eius vehebat, quia nacione esset Sclavorum Boznensium de villa
Zapulia.

Quamobrem tempore Gimundi regis primates eorum fide-⁵
ter serviebant et Sepusiensem arcem eodem tempore tenebat par-
tes Polonorum regis. Quod iste Sigimundus rex fuerat ex genere
Bohemorum et propter linguam Sclavonicam et conterranei fuis-
sent. Sigismundus favebat eodem tempore regi Polonorum. Et isto⁶
Sclavo Zapulay concessit sibi arcem cum possessione sua, si po-
test accipere astuciam suam aliquomodo, suum esset perpetue. Et⁷

ipse, quod audisset dominus Zapuliensis, deponente pilio a capite flexis genibus salutavit et grato animo accepit, quemadmodum acceperat coronam preparatam a rege Mathie per legatum suum. Atamen per iocosum destinabat sibi et ipse obsederat, ita refertur dixisse, et optinuit. Et inde post hec appellati sunt Sepusiensis Ioannes et Sepusiensis Georgius, qui iacet in una tumba in una villa ibidem in ecclesia Zekho iuxta Batam.

Et iste archiepiscopus super cenam valde capite suo minabat⁹ et rex sepiissime iocans aliciebat, qui contra naturam coquere fecerat rex. Secundum ferculum portaverant menta porcorum assatum et coctum cum optimo brugio aromatizantes. et portaverant porcinas cum brugio nigro bene aromatizato et in ultimo unguem gelidum cum aleo Hungarico more. Nil comedens, nil bibens, nil tamen¹⁰ sepiissime minato capite sedebat. Dixit rex: Domine archiepiscope, vere naturale habes mos Turcarum, quod carnes porcinas. Et e¹¹ converso dixit archiepiscopus: Vere tua maiestas est ex genere Sglavorum, quod nullum cibum habuit serenissima maiestas vestra preter porcinas carnes, solummodo lardonem, atamen solummodo habuisset maiestas unum ferculum de aviculis aut de ferenis. Ego quidem¹² senciebam, quod rex demum doleret et insuper delusio fieret.

Tunc ipse clam scripserat ad Viam Francisco Battyani, ut¹³ veniret ad eum. Et ad octavum diem venerat Franciscus Battyani ad unum opidulum Gutha, notificavit ad Strigoniam archiepiscopo, ut veniret ad me, ad quid me vocare fecit. Inde regi dixit, quod¹⁴ Franciscus nuntiavit mihi ad aliqua verba, volo ex scitu maiestatis vestre cum eo ad facie ire. Permisit libenter ire ad eum, opinabatur rex et nos, quod vellet gratiam optinere apud regem Ioannem per archiepiscopum, et cicius cucurrit ad eum ad predictum Franciscum Battyani. Tardaverat ibi tribus et quartum diem.¹⁵ Venit rursus ad domum Strigoniensem et nil audivimus de ipso aliquam relacionem duxisse et in hoc evanuit.

Dixi, quod iam venturi fuimus ad Budam in mense Aprili.¹⁶ Extunc rex misit pro Paulo episcopo archi Strigoniensi, ut sollennizaret coram regiestatis ad ramis palmarum. Negligit venire, aliquam occasionem dicebat procuratori suo, quod caput ipsius in dolore maximo cum dente morbo iaceret die noctuque. Capellani ipsius¹⁷ archiepiscopi nobis capellanis regiestatis miserant unam campanam ligneam ad elevacionem et nos capellani regiestatis non poteramus ad quid intelligere. Equidem ego dicebam: Nescio, quare eligaverunt nobis causam, vere miror super vos. Dixerunt mihi ridiculo: Dic¹⁸ nobis extunc, quid designat. Hoc designat, quod iam Paulus archiepiscopus adhesit ad Ferdinandum. Ipsi dixerunt: Non credatis, domine Georgi, quia rex Ioannes in archiepiscopum collocavit ac donavit, ergo ingratus esset et magna verecundia foret sibi.

Venimus iam ad sabbatum sacrosanctum. Mox iterum rex¹⁹ pro eo misit ad Strigoniam, ut veniret ad festum pasce et sollennizaret. Cumque relacionem precursor obtullisset ipso de rege Ioanne: Dic Ioanni regi, miror super eum, nolo ego comedere lar-

gones porcinarum in tale die solenne, sed ego habeo diversa ferinarum carnes, avicularum copia ac bovinarum et vitularum carnes. Et insuper est homicida, quod preceperat interficere episcopum Iohannem Goztoniensem in Transsilvanie. Absolvat se se w probet se de isto noto delicto. Et neglexit venire. Et rex tavit in nihillum. Vere ego sciebam, quod retribuet regiestatis, et sic fuit.

33

Inde equidem Iowan char valde pugnabat cum Hungaris. Et sepiissime legati veniebant ad regem Iohannem, conquerebant adversus nobiles valde et converso nobiles ad regem Iohannem: Cum in Bachmegie descendit, serenissime rex, Iowan char multos simulat interficiens Hungaros. Et habitabat in sede sua pontificali in arce Zabattka Valentini Therek.

Preparaverat se Valentinus Therek contra nigrum hominem, quem metuebant Traciani ac colebant. Et de Turcia multi adibant circa eum et dicebant eum magnum prophetam et magne meritis apud Deum et aliqua signa miracula faciens. Turcus Valentinus in nihilum deputabat, ordinaverat sese contra eum, quam poterat facere equites, supra nemppe habebat sexaginta septem equites. Atamen militis exercitati valde erant bellicosi, qui derelicti erant a Iacobo Banffy, et de arce sua Scighettvara in Baronya direxit se ipsum circuiens repente de parte Quinque Ecclesiensi et ultra transfretavit Ister flui in vadum Batta cum optimis viribus suis.

Quod cum intellexisset regiestas, quod Valentinus Therek tendit contra Iwan char, et erant coram regiestate astantes. Et rex notificaverat nigro homine de nuntiis suis, quod Valentinus tendit contra eum, ut sit vigilans. Et mox iverunt ad Iowan char. Predixerunt sibi servi sui et mox vaivode nigro homini preparaverunt sese. Cunque Valentinus vidisset Tracianos milites, tremuit, quod essent copiose numero, et ipse Iowan char e converso viderunt eum minimum fore contra Tracianos Valentinum Therek. Mox ad impetum Traciani contra Valentinum ierunt et ibi Valentinus expugnatus erat valde, quod ipse cum paucis suis militibus ultra Danubium equitavit, et valde perterre fecit Valentinum, quod Valentinus amplius non contrariabatur contra eum et plura valde Valentinus wlciscebatur, quod isti petkok super eum potenciam habuerant.

Et quando discedebat iste niger homo versus Themeswar de Tokai a Iohne vaivoda et ultra Marusium flui opidulum Choma occupaverat contra dominos Chakienses arcem illam, Chaki Ladislaus composuit se cum tricenta equitibus Hungaris, ut de arce sua expelleret Tracianum officialem de opidulo Choma. Inde, quod sensissent Traciani, quod Ladislaus Kaki ewaderet, propriam suam possessionem absolveret de manibus Iowan char, et statim occurrere fecerat arcem Chomam iuxta Themeswar. Ladislaus Chaki quasi Hungarus purus Sciticus equitavit ultra Marusium per vadum Apati e converso Chanad. Cumque ex utraque parte stetissent publice

facie ad faciem, ibi duellum fortem egerunt et ex utraque parte multi ceciderunt in ictu. Sed tamen Deus adiuverat ibi Ioannem char et ibi in duello casum dedit iste magnificus Ungarus Chaki, capite privatus erat. Et multi nobiles ibi perierunt in duello Iowan char.

Quod senserunt Hungari optimates et nobiles, venerunt ad Ioannem regem ad Budam et conquerebantur Ioanni regi, quare esset servus Ioannis regis, ut maiestas vestra dignetur eum erga nos eripere et ne regnaret super nos, quia iam filii et filie nostre, qui permanserunt a manibus Turcarum gente ad sortem Dei, iam ipse paganus bestia vlt super nos regnare. Ait Ioannes rex: Si ego non possum regnare super vos, contra me qui estis et rebelles, regnat ipse, quia habet ipse propriam gentem Tracianorum multitudinem. Ego quidem parvus sum, quia accepistis regale sceptrum meum de manibus meis, vestra rebellio et presumptio inobediens, ergo non possum contra eum surgere. Erimus obedientes et damus censum maiestati vestre, sicut tempore crucigerorum: ita supplicabant rursus iam regiestatis. Et iam perterriti erant Hungari et tremebant nigrum hominem quandoque, quandoque regem Ioannem, quod principem Ungarum interemere debuisset. Rex Ioannes eciam premeditabat ab eo et dixit eis nobilibus et barronibus: Sileatis in pace, donec ego ad me venire debeat ex mandato mei.

Inde quidem Valentinus Therek eciam cum tricentis militibus cum equitibus rursus prepararat se adversum nigrum hominem et velociter cucurrit ad arcem Zabattka. Quia niger homo non erat iam presens in arce Zabattka et, quos Tracianos invenerat ibi residentes, illos exterminavit et statim municionem preparare iusserat cum colonis et iam tute residebat h'c cum audientibus.

In Vienna rex Ferdinandus et optimates Hungari elegerunt in legacionem Paulum Bakytt istum Tracianum, qui fugam dederat de Turcia ad Hungariam, ut iret ad nigrum hominem cum thezauro, muneribus copiose et ipsum adherere faceret et declinaret ad regem Ferdinandum, quod rex promitteret sibi dare arces cum possessionibus, non, sicut Ioannes rex, nullam curam habet de vestra magnificencia. Et tali forma scripserunt litteras ad nigrum hominem, qui dicitur Iowan char, et expensas quinque milia florenos et servis suis quinginta pecias panum adobtullerunt ei et ciphos aureato decem et equos quinque Turcalium. Paulus Bachitt portavit ista res caras ad civitatem Quinque Ecclesiensem.

Et ibi erat unus mercator nomine Botus Marton et Paulus Bachytt tradidit ista munera preciosa ad manus predicti mercatori et preceptoriam regiestatis Ferdinandi contullit, ut offerret nigri homini. Et Martinus Botus cucurrit circiter ad Iowan char ad Zeghed, quia iam ibi residebat, quod audisset Valentinum bene munitum in arce Zabattka. Et celeriter obtullit munera predicta manus Iowan char et litteras iuxta dona sua, quod munera, pannum, et equos cespites et thesaurum de puro auro quinque milia flore-

norum et ciphos deauratos decem. Mox Iowan char, quod intel-²³
 lexisset regi Ferdinandi libitum, ut ei servire deberet, et pro ser-
 vis suis dividere fecerat illa dona, palatino suo et thesaurario Su-
 botta vaivode. Gaudebat et tanti munere et tanti promissione Fer-²⁴
 dinandi regi. Et niger homo adhesit mox ad Ferdinandum, quia
 Ferdinandus hoc scripserat in litteris suis: Quod nil terrearis
 de Zapule rege, quia statim nos deorso nostro movemur exerci-
 tum grandum contra eum. Inde nos et tu seorso ipsum bene ca-²⁵
 pere possumus traditorem tocius christianitatis et tu eris demum
 dezpotus et, in Hungaria quicquid habuit possessiones antiquus
 dezpotus a Sigismundo cesare, illam possessionem in hodiernum
 diem donavimus et contullimus. Et ultimo mercator contullit ad²⁶
 manus char Iowan bullam sigillis pendentibus filiorum suorum et
 filiarum suarum imperpetuum. Et Martinum Botus renumeraverunt
 valde et pro Bakitt destinavit decem perianice, id est, talokokat,
 tanquam fratri nostro.

Et reversus erat cito retrorsum ad Quinque Ecclesias et di-²⁷
 cebat: iam vestra magnificencia ne tedeat amplius Valentinum Tur-
 cum, quia iam estis insimul servitores regi Ferdinandi. Et dixit²⁸
 niger homo, quod iam vere premeditat hactenus, quod iam sumus
 servitores regi Ferdinandi, et dic ei in via tua ad ipsum, dum re-
 versus fueris, fraternitatem et amicitiam a nobis. Et dum peragra-²⁹
 ret Martinus Botus in itineribus suis, reversus erat ad Valenti-
 num Therek et tali modo pronuntiavit Valentino Martinus Botus.
 Et dixit Valentinus Therek: Bene, sed de manu mea mortem pate-
 bit. Et Valentinus rogabat eum mercatorem, ut eo manducaret,
 ipse vero excusavit se propter metum partibus Ioannis regis. Dixit³⁰
 Valentinus: Ego te explorabo usque ad vadum, nil timeas. Et sic
 manducavit cum eo et statim ad vadum Kalacha exploravit ultra
 flui Ister. Et Martinus pacifice ad domum suam equitavit ad Quin-³¹
 que Ecclesiensem, atamen cum tremore magno, quia Paulus Bakytt
 tremebat ad futurum a rege Ioanne et noluit contra eum quicquam
 agere.

Quod rex Ioannes sciens et fama tali modo vigeret, quod³²
 inter duos hostes resideret in Buda deorso et seorso, pauper flere
 cepit. Ecce, domine rex, tamen ego dicebam, ne omni spiritui cre-
 das et principiis obsta, sero medicina paratur. Vigilantibus subve-³³
 niunt iura. Qua mensura mensuras, eadem mensura remecietur vo-
 bis. Ordinavit litteras preceptoriales ad Iowan char, ut statim ve-
 niret personaliter visis presentibus ad Budam, tantum cum eo de-
 cem servos habeat et non plus. Et precursor peragravit adversus³⁴
 Iowan char et ad fidem suam pollicitam pristinam. Cumque pre-
 cursor Ioannis regis allaret ad manus nigri hominis preceptorias,
 perlegere fecerat. Quod intellexisset char Iowan, respondit et di-³⁵
 xit: iam sunt quattuor menses, quod ego cum gente mea in de-
 solata terra iaceo. Sua maiestas sese inposuit ad surditatem et no-
 luit mecum piscare aut commodum sibi mecum representare et
 nulla adiuamina mihi contulisse. Et in Buda sedet sua maiestas³⁶

tanquam mutus. Nunc, crede mihi, graciousissimus Ferdinandus tot stipendia contulit et possessiones mihi insuper promisit et habeo donacionales littere cum sigillis pendentibus et nescio iam sibi reservare amplius. Nunc sum sub fide Ferdinandi regis servus, 27 ergo in me hactenus ne confidat. Si ipse non habet expensas, ego satis. Et mille florenos destinavit ad regem Ioannem et precursor obtulit ei munera aurum mille. Quod iam precursor regi 28 relacionem coram dominis, admirabantur de responsis suis Iowan chari. Avarus semper solet demum quadrupliciter expensam habere. Quia pauper Ioannes rex valde avarus erat et piger erat, non vi- 39 gilabat et nimis deridebant clam regem Ioannem, quod expensas destinaverat Ioanni regi etcet.

Iam de Petro Priny, quomodo duellum ha- 40 bebat cum nigro homine iuxta flui Marusium. Iam sepe vigeat in curia regis Ioannis Bude inter cives eciam, quod Petrus Prini fuisset apud regem Ferdinandum in una nigra gwba et multi vidissent eum ambulantem. Interim venit ad Budam 41 ad regem et cum adulacione magna, tanquam Scariot, cum resumpto animo verbis suis mel procedebat de ore, atamen fel ferebat corde. Ego nemppe existimabam, quod regiestas faciet eum captum 42 ad Chonka toron proicere, atamen neglit facere. Dicebam ego in me: Tot pech nem mergws, sicut Ungari solent in proverbis suis dicere. Et multi nobiles comitatum comites solebant venire, quam- 43 obrem esset vaivoda Transilvaniensis, et maxime conquerebant et supplicabant eis, qui erant de Bachmegie, quorum Turcus cesar possessiones suas desolaverat et ipsos, quos potuerant, interficiebant. Quia char Iwan dicebat eis: Pauperes Hungari, iam non 44 licet vobis istam terram possidere, quia vos martuluzi in una nocte vinctos perducerent ad Nandoralbam. Ergo nescis, quid optatis. Et bene dicebat niger homo: Istam terram expediam a Turcis et insulam Sirimiensem.

Quod ad Petrum erat magna confluencia, non ad regem Io- 45 annem, quia sub moli pastore luppus lanam cacat, et dicebant nobiles: Domine vaivoda, ne derelinquas nos horphanos propter amorem Dei omnipotentis. Dixit eis Petrus vaida: Ecce cum rege 46 volo expedire priusquam. Intravit ad regem. Et regem Ioannem valde arguebat et dicebat: Ordinasti super nos hostem, ego volo ipsum ad fidem meam extinguerere illum latronem, quod non vidit adhuc hominem iste petko.

Ego quidem unum capellanum statueram ei nomine Caspe- 47 rum de Verebel, quia sua magnificencia rogabat me, ut ei unum capellanum ordinarem sibi. Et transivi ad Petrum Prini vaivodam Transilvaniensem, ut ei ad facie loquerem et consilium swaderem. Ipsum non inveni, sed capellanum Gasperum. Interrogavi eum, quid 48 arguebat cum rege. Dixit mihi: Vere domine Georgy, videbis mirabilia de domino vaivoda faciencia. Ego dixi: O vos fatui, vos estimatis, tanquam leo essetis, vere fricabunt vos illi Traciani. Nonne scitis, quod ego scribo supplicaciones eorum, et ego intel- 49

lexi ab eis, quam milites habet ille niger homo habens iam sub se palatinum et thesaurarium vaivodam Zwbotam. Et nonne audistis expugnantem Valentinum Therek, nonne audistis magnificum Ladislaum Chaki capite privatum et totam chortem suam ad terram prostrantem. Et dominus tuus Prini Petrus iam est periorus et infidelis ac instabilis contra Ioannem regem, quoniam nos nescimus, quod fuistis apud Ferdinandum regem et tradidistis Ioannem regem. Ipse sacerdos audiens verba mea ad faciem loquentia et erat semper elatus in corde suo et dixit mihi ad facie: Tu metiris ad caput tuum. Ego dixi iterum sibi, quod verum fiat verba mea. Capui ipsum per comam suam et verberavi, quantum potui, et me, quantum potuebat, atamen Deo adiuante ipse erat seorsum et ego deorsum. Quod audiens rex Ioannes et dominus vaida Petrus Prini et tota curia Budensis deridebant, quod duo sacerdotes pugillum egissent inter se et capellanus Georgius prevaluisset.

Petrus Prini fecit clamare mensionariam, equitibus tres flores, peditibus duos et vexillum magnum deauratum, quem dederat sibi rex in Alba Regalia ad vaivodatam Transsil., et gentem, cumque habuerat copiosam, movit se adversum Iowan char.

Inde rex mihi ridebat valde et dicebat: En edes Giur pappum, quomodo ambulasti cum capellano Prini Petri? No sine, ego quomodo ambulavi? sed videbit vestra maiestas, quod statim infligunt istum succrescentem et stolidum Traciani. Dixit rex: Quid tu scis, pater Georgi? Ego dixi iterum: Vere scio, domine rex, quia Petrus Prini inpotens est in brachio suo ac insuper inexpertus est in arma bellica duellare, ipsi quidem Traciani sunt valde experti et cauti et astuti et gens robora in lacertis suis.

Extunc audivimus, quod in Gywla clamare fecisset bellum contra nigrum hominem ad liberum lucrum, et multitudo copiosa dicebant gentem habuisse usque duodecim miliaria, quod sacerdotes, parocos et scolasticos incitasset ad bellum. Quod ego audivi: O Deus meus, non decebat ei hoc facere, quod spirituales per vim excitasset ad bellum, quia manus inpollutas in sanguine humanis tincturas habere, ita ambulant, sicut septem episcopi in campo Mohach subita morte perierunt.

Quod ultra crevisset aciem suam Marusilium, et iuxta unum opidulum Zwłos castra metatus erat et nobiles et ignobiles cum domino vaivoda. Et Traciani sensissent, quod vult conflictum habere cum eis, et nuntium statim suum elegit adversus Petrum Prini cum resumpto animo et responsum obtullit vaivode legatus Iowan chari: Cur tua magnificentia tot gentes congregavit contra nos Tracianos? Nonne et nos, qui sumus christiani, melius est nobis equaliter esse et deliberare insulam Sirimiensem a manibus paganorum. Quod audisset Petrus Prini, mox in se sufflatus erat superbie, existimabat iam Tracianos premeditatos ab eo et relationem fecit precursori suo nigri hominis, ut prepararet se ad pugnam. Precursor obtullit domino suo et vaivode suo, qui erat belli

ductor, ven Radich, et statim tangentes in timpano et in tubiis bucinantes et gentem cito preparantes ad ictum et steterunt coram vaivode Prini. Extunc Petrus Prini aciem suam nescivit tam cito ordinare, quam Traciani, sed gens sua inordinate erant. Viderunt Traciani, quod non essent parati ad duellum, ubi erant pedites duo milia Hungarorum, ad illos impetum fecerunt, cedem et stragem magnamque egissent, ita, quod fertur dixisse, quod quinquaginta virorum de peditibus non remansissent plus de duobus milia hominum. Et postea ad equites vaivode. Quidam ex eis nobilibus multos prostraverunt, quos pauperes in curia regie maiestatis cognoscebam, ut puta, Paulus Kerei, Georgius Abranffy et sic de singulis nobiles multi prostrati erant. Ita fertur dixisse, quod in campo Mohach si tot perissent.

Petrus Prini cucurrit super equum suum et nesciebat, quo, quia in illam terram inscius erat. Postea unus Tracianus servus domini magnifici Iacsitt Marci direxerat versus Nagylak ad vadum. Et post ipsum currebant adhaerentes milites Traciani et investigabant eum: Ubi vidistis Petrum Prini? Quia unum equum dederat Mehmetbek sibi in donum. Albus equus, zeples, quod ego vidi. Magnificus Marcus Iaksit de arce sua per cancellum in visu ipsius cognovit, quod Petrus Prini staret ad rippam flui Marusium. Mox precepit clientibus suis, ut per ratem portarent ipsum ultra fluvium Marusii. Et cum venisset ad dominum Marcum vaivodam ad Naghlak, ibi quievit per unam ebdomadam secrete. Quia magnates Traciani Hungarorum et ipsi nequebant nigrum hominem dominari ac pocius deridebant eum, solebant, quod demum deficiet contra Hungaros. Post hec Petrus Prini delusus et percussus per Tracianos cucurrit ad domum super Fizirwara. Postea ponebat suam ignomiam super regem Ioannem. Dixi postea regi: Nonne veritatem, domine rex, dicebam? Et ista conflictio erat anno 1.5.27. in mense Iunii et in mense Maii.

34

Post hec perterriti erant Hungari et iam Ioanni regi nuntiaverunt, ut exeat de Buda. Et rex Ivan char propterea, quod iam tres conflictiones optinebat et quod esset iam sub Ferdinandi constitutus ac deputatus ad serviendum. Rex Ioannes mandavit uno famulo nepoti nomine Chibak, qui condam abolescencia serviebat ei et iam episcopatum Varadiensem regebat sub humilitate specie sua et professionem fecerat coram regi, ut laicali veste nequaquam uteretur in pane ecclesiastica, sed in ordine sacerdotali vellet sacrificare, atamen pauper periurus erat, quod professionem non compleverat, sed in laicali veste exalavit de mundo demum. Alios quidem pauper valde redarguebat, quod condicionem suam bene custodiebat, atamen hic fellebat. Lutterianos valde redarguebat, atamen Franciscum Bachi diligebat et cum eo sepe in curro suo sedebat et alios Lutterianos admodum curie registatis, qui adulantur et regem Ioannem in finem seducebant.

Precepit ei in litteris suis cum autoritate regia, ut statim 4
 visis presentibus prepararet se quamprimum et peroptime. Fratres
 amantissimi, ecce hic iam verum et iustum erit, quamobrem hu-
 milis persona Emericus Cibak humilaverat se regiastatis propter
 autoritatem sacram regiastati. Quod cumque precursor allaverat 5
 sibi epistolam, et perlegisset et intellexisset et mox consensit se
 ipsum sub autoritate regiastati et illam epistolam statim cir-
 citer precursori suo aplicavit ad manus suas et comitatibus comi-
 tis, ut statim visis presentibus aptarent sese ad pugnam contra la-
 trone et infidelem Iowan char, qui est adwena et intravit regnum
 nostrum Hungarie, ergo aliud ascendit, fur est et latro. Et ad pro- 6
 vinciam iussit Persarum vaivode de Karansebos et vaivode de Lu-
 gas et Valacorum proceribus de parte Keresbanya. Quod audis- 7
 sent istam pronuntiacionem materie, quilibet bene dicebant et
 dominus Emericus Cibak statim castra metatus erat iuxta Orodien-
 sem de hac parte Marusium fluuius, donec gens apropinquaret,
 quibus preceperat.

Cumque iam vidisset gentem suam in presencia, et solus 8
 clamavit dominus Cibak tali modo: Quod aliquis intrasset in re-
 gnum Hungarie advena, non intelligimus, unde est. Et iam nobiliorum
 multorum possessiones suas occupavit et uxores et filias
 eorum in strupum trahunt vi eorum. Quod audissent tota chors 9
 christianorum, clamaverunt et dixerunt: Omnes tecum moriamur,
 magnifice domine Cybak, quam nos hoc pati debemus. Et per va-
 dum in una nocte transfretati sunt per fluuium Marusii ad Zodi in
 campo et ibi castra metatus est. Et tamen non valde festinabant 10
 Karansebesienses, quia remoti erant, volebat ipsos spectare libenter.

Atamen Iowan char festinabat valde, ut, si invenisset inordi- 11
 natos, sicut Petrum Prini, non permittebat eos in una caterva esse.
 Sed cum vidissent iam Traciani in castore suo optime cum genis 12
 suis preparatum et non distorte, et ipsi retinuerunt se ipsos, quia
 astuti erant, et in tribus diebus non permisit milites suos ad con-
 brobandum contra Tracianos propter Sebesienses, ut apropinqua-
 rent. Cumque aspexissent Traciani acciem hornatissimam ac splen- 13
 dentem ab ortu solis, mox irruerunt contra ad Hungaros in ca-
 storem eorum, sed cum genis suis valde protegebant sese et cum
 curribus nimium fortificaverant se ipsos. Et ipsi a longe vidissent 14
 Sebusienses, quod Traciani duellum aberent contra Cibak, melius
 festinare ceperunt. Et cum vidissent Hungari et dominus Cibak,
 quod Sebusienses iam apparent, mox ianuam castoris reseraverunt
 et omnes exierunt ad ictum preparati et ordinati, antequam exirent
 de thabor. Inprimis equites et post pedites steterunt in planices. 15
 Quod iam vidissent Traciani exeuntes de castore suorum, irruerunt
 adversus Hungaros et acceperunt a tergo Hungaros propter
 aquam flui Marusium Traciani et valde expugnantes utraque pars.
 Iam demum decepti erant Hungari, quod a tergo una pars Tra- 16
 ciani confligebant, et hauso corde quilibet pro se pugnabat. Itaque,
 quod iam Hungari fatigabantur in exercitiis, sed Altissimus vidit

eos perfectos esse usque in finem. Postea cum apropinantes mi- 17
lites Caransebusienses, et ipsi preparati acie irruerunt ad Traci-
anos. Ita fertur dixisse, tam cito prostraverant milites de Karan-
sebes Tracianos usque ad minimum, quod multa cadavera strages
iacebant in campo, et mala depredacio eorum commisit Deus ad 18
bonos liberos christianos. Et sic cum autoritate sacra regia ma-
iestate tam valet et est valde efficax. Ergo, si nobiscum est Deus,
quis contra nos.

Et post hec Iowan char cum aulicis suis fugerat ad Zeghed 19
cum parva comitatu, non tam multitudine, sicut antequam. Et Tur-
cus Valentinus in Zabattka residebat anhelito tacito. Pauper rex 20
cum audisset, quod Ivan char delusus fuisset, bombardas et ignem
sancti Baptiste preceperat facere et Te Deum laudamus percan-
tare. Et Valentinus Therek in Zabattka valde de novo prepara-
verat se, quod spaciaret in civitate Zeghed.

Et de coram ipso multi reclusii erat in murata Zilaghi domi 21
maiores et parvuli, quia tremebant ab eo. Et iam non erat, qui
habebant pixidem, globulos neque pulveres multos, dum spaciaret
in plateis et in vicis deambulare. Et unus pauper vir habebat 22
pixidem et non habebat globulum. Dicebat: O Deus, si haberem
unum globulum, non ewaderet iste latro. Tunc unus pauper homo
contullit sibi, quasi pars erat globuli et quasi esset boglar. Et 23
statim cum pulvere mixtim ad pixidem misit et, quod consuetus
erat iam bene pixide suo, detigit eum, et erat in veste coccinea,
id est, zederiesbe vala, iuxta cor suum. Et mox, quod viderunt 24
vaivode adhuc eum ledentem ad mortem, et statim de Zeghed ve-
herunt eum ad unam villam Tornos. Et illa villa constabat decem 25
miliaria ad Zeghed et tria miliaria distabat illa villa magna erat
ad Zabattka. Quod eum duxissent ad Tornos semi vivum ad unum 26
hospicium et, quod viderunt eum Traciani optimates, unatim binatim
quilibet ad opus suum equitavit, quidam ad Turciam, quidam ad
inter Tracianos colonos dispersi erant. Et cum eo pauci permanserunt.

Hospes Hungarus, ubi iacebat Iowan char semi vivus, men- 27
tem suam composuit ad consilium, media nocte mancipavit cavel-
las suas ad quadrigam et statim cucurrit ad dominum suum Val-
entinum Therek. Et cuncta predixit domino suo, quod qualiter de 28
pixide sagittatus est in Zeghed per unum virum semipaganum. Et
quod audisset Valentinus Therek, mox cum trecentis equitibus suis
equitavit in illa nocte ad Tornos, atamen magna milia tria habe-
bant. Et cum pervenisset Valentinus Therek ad propriam suam, 29
mox Traciani adhuc, qui adhuc residebant cum eo aliqua reliqua,
mox fugierunt et dominum suorum solum permiserunt iacentem
in lecto semi vivum adhuc. Ecce, dum te videmus viventem, co-
gnoscimus te nobis defedentem.

Sensit Valentinus Therek hospicium suum et statim irruit ad 30
hostium. Quia pauper iam vidit mortem suam, preceperat, ut ne-
minem intromiterent milites suis, et erat iam in agonia. Et spo-
pondit ad fidem suam, quod, si intromiterent eum, non inpediret
ipsum nigrum hominem. Et intromiserunt et valde adhuc suscipa- 31

batur ac tremebatur a Tracianis Valentinus Therek de astucia eorum et intravit ad eum. Quod iacebat Iwan char in lecto, tribus vicibus interrogavit, si adhuc potest vivere. Ad interrogaciones 52 Valentini Therek nil responsum adhibuit ei. Quod vidit Valentinus, quod supinus iaceret in lecto iam ad mortem, illico amputavit caput eius in lecto et corpus eius ibi amisit et caput secum duxit ad Zabattka. Non multum dilacionem habuerat in Tornos et statim caput 33 ipsius cum vexillo suo destinavit ad regem Ioannem ad Budam.

Cum portavissent ad Pesth, iudex Pestiensis fecit in pelium 34 ereum caput nigri hominis et cum eo album vexillum. Erat eodem tempore Andreas Zuch senex anno 1.5.27. et in festo beati Iacobi apostoli post maturum et ante summam missam. Et cum eis multitudine 35 populi civitatum currebant iuxta vadum Ister. Et rex apodatus erat per fenestram et respicebat et nos vocare fecit, qui eramus cum eo aulici. Et ipse interrogare cepperit, quidnam hoc esset. Et diximus: Vere, quasi defunctum ducerent.

Et antequam eum dominus Emericus Cibak percusserat nigrum 36 hominem et gratulabatur rex, sicut scriptus est, ego, ad sortem et quasi perfectum fuerit, dicebam aulicibus: Vere ego audivi, quod et nigrum hominem interfecerunt. Eas, domine pater Georgi, dic regi. Dum prandebat rex, cucurii ad regem et dixi: Domine 37 rex, vere ego audivi, quod nigri hominis privatus est a capite sua. Gregorius Pestieny relacionem fecit, quod ego in somnis vidissem. Et persecucio belli nigri hominis erat in die divisio apostolorum.

Et post hoc intraverant ad arcem Budensem illa caterva, que 38 apparebat visionis registatis. Dominus Gotthardus erat eodem tempore castellanus arce Budensi. Interim intraverat ad regem, submissa verba aliquid intulit sibi. Extunc intraverunt. Tunc iudex 39 Pestiensis, sicut scriptum est, obtulerunt ergo Ioanni char caput in pelium ereum cupri. Et caput erat perfusus cum aceto, quod propter estatem caput ne olfactum haberet. Et caput erat nigri coloris, sicut famabatur in pristinum. Et rex habebat in manu unam scuticam 40 et percuciebat dicendo: O tu caput presumende, qui me terrebaris ceco occipite. Rex precepit, sed in prandio ad mensam iuxta se posuit. Quod comedebat et bibebat rex, semper dicebat: Ubi est fides tua?

Et post prandium castellanus Gotthard accipiens caput et 41 extra ante arcem in hasta longa super culmen fecit et cum facie versus Viennam applicaverat cum facie adversus dominum suum Ferdinandum. Et ibi plus quam una ebdomadam vigeat arcem 42 Budensem et post hec proiecerant ad aquam Danubii et gratiam iterum habuit Valentinus Therek aput Ioannem regem. Et rex Ioannes post ipsum misit unum precursorem, ut veniret ad eum. Et venerat et rex ei donavit mille aureos et unum equum, qui erat equus Turcalis soli cesaris.

Et posthac venit interim unus villanus vir Urbanus nomine, 43 more columbinus, et ad me accessit, quasi ad sortem venire. Et deponens pileum suum de capit cepit coram me supplicare et rogare propter Deum, ut ei scriberem unam supplicacionem ad Ioan-

nem regem. Ego: Quamobrem scriberem tibi supplicationem? Ait: 11
Domine mi, ego sagitaveram nigrum hominem de paxide mea
in Zeghed. Cumque reclusi fueramus ante pessimo homine, cum
audivimus eum percussus a domino Emerico Cibak et quod de-
ambulare prope palacium Zilagi, cognovi eum, quod ipse esset
lowan char, et manibus meis accesserat mors sibi. Quod audivi, 45
mox supplicationem limpide sibi exaravi et ad manibus suis apli-
cavi et ad regem direxi et rex de manibus viri accepit et res-
pexit. Ilico visum suum rex apposuit ad hominem iuvenem et ita 46
inceptit declarare, sicut scriptum est, coram regiestatis cuntisque
audientibus, quod Valentinus Therek amputasset caput Ioan chari
in lecto in agonia sua. Rex dixit ei: Bone frater, venias ad me 47
atercium diem. Si verum sit, quemadmodum declarasti, vere te re-
numerabo.

Interim eciam iudex Zeghediensis Stephanus Zakan venerat 48
cum suis iuris civitatibus ad regiestatis Budam et de facultatibus
civitatis referaverunt cum donis. Post loquellis eorum determinatis
et rex iudicem predictum inceptit investigare, quomodo et qualiter
abierant latronem nigrum hominem. Qui et ego iam premeditare 49
ceperam ab eo, sed Deo adiuvante per Turcum Valentinum fuis-
set interceptus in pugillis suis. Dixit iudex Zeghediensis: Num-
quam Valentinus Therek debuisset contra eum pugillare, quod si
apud nos non accessisset mors sibi per unum pauperum humilem.
Inter verbis eorum apparuit mox ille vir nomine Urbanus. Quod 50
rex audivit ab iudice Zeghedienti verum esse, donavit et contulit
unam villulam sibi imperpetue propter libertatem et donationem
paupero expedieram a domino cancellario Stephano Verbwchi.

Antequam inter curiales vigeat fama, quod Turcus Valenti- 51
nus in Zeghed capit suum nigri hominis amputasset cum milicia
sua. Sed non fuit ita. Et posthac, quod sensissent mortem lowan
chari curiale regiestatis et communitas Budensis, ceperunt ridere
et loquere, quod morti hominis in lecto bene potuisset amputare
caput cuiuscunque mortis Valentinus Turcus. Quod audiens pудо- 52
rem cum maxima verecundia inceptit susinere et demum de hospicio
domi sui nequiebat extra venire et in obrobrium regio maiestatis
exilium eciam fecit in una nocte de Buda silencio. Tantum 53
admirati fuimus mane ad diem Marie de Nive et ad Ferdinandum
iterum se declinavit et post inceptit iterum infestare Ioannem re-
gem. Et Emericus Cibak nil sublimabat se glorians in loquella 54
sua, quod percussisset nigrum hominem. Non vigeat tam fama,
sicut Valentiini Therek, quod capud amputavisset nigri hominis.

Et sic finvit vitam Iwan char inter Hungaros.

Inter hec eciam Petrum Prini in obrobrium regis Ioannis ad- 55
hesisse ad Ferdinandum audivimus Bude et in Vienna coram rege
Ferdinandi astans et iuramentum fecisset Ferdinando tribus vici-
bus, sicut Ioanni regis in Alba Regalia tempore coronacionis. Ita 56
erant Hungari maturi in fide eorum, per quam infidelitatem eorum
perdiderunt suorum, qui predecessores eorum cum magna fatiga
et cum magna effusione sanguinis occupaverant Pannoniam.

Et ad festum assumcionis Marie cum pervenimus, extunc 1
 audivimus movitum se super aquam et terram versus Hungariam.
 Et Paulus archiepiscopus Thomam Borsolo destinaverat ad regem
 Ioannem, ut eligeret aliquos satrapos et pecunias ad victum arcis
 Strigonie. Et latro Thomas Borsolo regem cum multa adulacione 2
 verba simul cum Luce Kethazi extrasserant sedecim milia flore-
 norum et ut Paulus archiepiscopus assumeret gentem quam prim-
 um. Quia apropinquabant Alemanni versus Strigoniā, et precu-
 sus suos equitavit cito ad dominum suum Paulum Varda cum
 predicta pecunia. Et nil proclamare fecerat gentem ad arcem Stri- 3
 goniensem et ne darent eis arcem sine conflictione, haw pocius
 pugnaverunt contra Germanos. Tantum signum fecerunt, duo vel
 tres sagitaverunt ad arcem et intraverunt Alemanni libenter.

Et archiepiscopus Paulus in die festo sancti Laurentii marti- 4
 ris sollennizavit coram Ferdinando. Et nos audivimus cum eo iam
 fore optimates Hungaros, ut puta, Stephanus Bator, Petrus Prini,
 Valentinus Therek, Thomas Nadasdi. Et Andreas non erat cum 5
 eis, sed in domo Bator residebat. Rex Ioannes tacebat in arce
 Buda, quia antequam supplicaverat eis de Strigonia et de Turko ce-
 sare intellectum habebat, iam sicut scriptum est in principio.

Et in Buda arce et in civitate tacito mente admirabantur de 6
 rege Ioanne, quod nullam mocionem de ipso viderent wlgus et
 quod iam venerant in profesto assumpcionis Marie ad Zenth En-
 dred supra O Buda. Iam de Buda videmus fumigationem ignium 7
 eorum et dixit Andreas litteratus Transsilvaniensis: Domine rex,
 quid spectas, nonne statim captus eris per eos infideles. Sed Io-
 annes rex confidebat per condam famulum suum Emericum Ci-
 bak, quia in multis servitus fuerat sibi a iuventua sua, propterea
 confidebat apud eum. Et tribus vicibus epistolas post ipsum per 8
 paralimphum suum versus Emericum Cibak ad adiuvandum et
 scribebat datum in epistolis suis ad competentem et cuncta com-
 petens dies inania exalabant. Pauper rex nos consolabat, ut ne 9
 tremus, quia statim dominus Emericus Cibak nos eruet a manibus
 Alemanorum. Et nunquam comparuit regi Ioanni in illo anno
 1.5.27. Et hic, domini mei lectores, inceperat iam Emericus Cibak
 periurus et infidelis simulans inprimis.

Rex Ioannes fecit invitare cives Budenses ad arcem et, cum 10
 venerant, rex eos salutavit et consuluit eos, ut regem Ferdinan-
 dum cum honore introducant ad civitatem et ad arcem Budensem.
 Et claves arcis Budensis tradit ad manus iudicis Ioanni Zabo, ut
 presentarent ad manus regi Ferdinandi. 11

In die assumcionis Marie post prandium ex Buda arce citra 12
 Danubium flui navigavit ad Rakos et tentoria sua expansa erat.
 Et venerunt milites ad regem Ioannem, qui erant mensionarii, ut 13
 puta, Lucas de Maria, Franciscus Bodo de Somogy, unus Traci-
 anus Paulus Bakytt, secundus Tracianus miles Bositt Radich, Zius
 miles venit Tracianus Balaban adolescens. Et domestici domini: 14

dominus Stephanus Verbwch, Emericus Derenchi et Ioannes Doci, Iacobus Tornai. Secundo die permansimus post assumptionis Marie usque ad merediem et postea se movit, quasi adversus Alemanorum supra direxerat se, sed ad Kerepes circa Budam magna duomiliaria. Et ibi pernoctavimus et mane surreximus et ad Hattwan 15 properavimus et ibi pernoctavimus.

Et usque ad diem sancti Stephani regis in castore permansimus 16 et in die sancti Stephani regis introductus erat rex Ferdinandus ad arcem Budam. Quia audiebamus sonora bombardarum ad Hattwan, et sic regi exploratores sui referebant. Postea de 17 Hattwan venimus pernoctare ad Arokzalas, subamena planicies. Et ibi venerat Cibak cum numero haydukonibus, non commilitionibus exercitiis, quasi nolens corde toto regi servire. Unde etiam 18 venimus iuxta fluvium Saio et prope Ladon claustrum. Ibi castra metatus est Ioannes rex et Paulus Bakytt portaverat Alemanos duodecim vivos. Et de ipsis sciscitatus erat rex Germanica lingua 19 et illi dixerunt regi Ioanni, quod misit rex Ferdinandus militem suum Nicolaum Grozanz, una manus ei erat de ferro fabricata et valde cautus in bellica arte. Et precepit rex Ferdinandus pontem, 20 ut cum gente sua per pontem veniat citra ad parte Pesth et statim currat quam cicius post regem Ioannem et capiat eum et retrosum deducat ad Budam. Et isto Nicolauo Groszanz totam pos- 21 sessionem suam, que possedit tempore vaivodatu suo, ei donavit rex Ferdinandus et optimates Hungarorum consensum dederunt ei.

Quod audiens hec verba tacuit et statim litteras ei destinavit 22 secreta, quod iam audivimus, cum castore sua tota transmeavisset per pontem citra Pesth et iam in Hattwan post nos regem Ioannem. Et precursor presentavit ad manus Nicolao Grozanz et hoc 23 erat scriptum: Bene te cognoscas, amice et frater mi amatissime, hac transactis diebus tibi obtuleram munera in dono, duos equos Turcales cum omni hornatu et alia argenteria. Eras antequam ami- 24 cus, iam es nunc inimicus meus, atque nunquam credidisset. Ipse Nicolaus e converso scripserat: Bene scribit sua maiestas mihi, quod sic fuit, et nunc penes me habeo equos illos, que sunt ad placita mea. Sed nequaquam potui evitare me coram Ferdinando 25 et excusare, quod maiestati vestre potius servirem, quam inimicus forem erga vestram maiestatem. Sed sum servus et iubet mihi dominus et, quod scivisset hec ego contingisse, nec servus deputatus fuisset ei. Nunc quidem mihi ad humanitatem honoris re- 26 spicit mea servicia et ad fidem meam, ergo neque possum aliud facere, sed tua maiestas habet rationem, quid oportet facere.

Et unam mensem iuxta Ladon claustrum mansimus prope 27 arcem Onod. Et unum fratrem religiosum nomine Laurentium, qui erat condam capellanus tempore crucigerorum Stephani Bator in officio suo ispanatu suo Themeswariensi. Et ipse Laurentius ca- 28 pellanus preparaverat unam cavellam sub domino ispano Themeswariensi et sic de Naghlak de mane usque ad Themeswar equitaverat. Captus erat in una villa et presentaverat eum famuli regi- 29

estatis in ospicio suo in una villa et multas literas invenerant apud eum. Et inter illos captivos Alemanos predictos destinaverat rex Ioannes ad Thokay et istum monachum dire observaverunt sub custodia vinctum sub pampilione Maria Luce. Et illas epistolas in ceperunt presentare et intelligere literarum materias. Extunc Ferdinandi litera sonebat ad Andream Bator et alie litere sonabant comitates, ut singillatim surgerent et ad vadum festinarent, ne Ioannem regem permitterent ultra Titiam, ut levius captus adveniret ad manus regi Ferdinandi. Et in die Egidi confessoris iuxta claustrum Ladon iure affixerunt supra in palw et in cappa astabat pauper. Et fratres heremite valde suplicabant pro eo, quia dicebant: Domine rex clementissime, ignoscite fratri nostro, quoniam reus est, caro et frater noster est. Atamen neque pepercerunt sibi, sed ad veru traxerunt.

Et Martinum presbiterum capelle omnium sanctorum de Miskoch captum duxerat nocte ad regem Ioannem ad castorem propter causam ipsius, quod tres comitates imbuerat contra regem Ioannem, ut ne iuxta ipsum surregerent ad adiuvandum. Et iam sacrum portaverant sibi, ut ad aquam fluium Sayo proicerent. Nos ambo cum socio meo Stephano capellano regiestatis surreximus hora completorii et suplicavimus reverendissimo domino Simony episcopo Zagradiensi in tentorio suo, ut gratiam impetraret a regiestatis. Et bonus homo tanquam spiritualis impetraverat gratiam et beneficium suum sub notam infidelitatis cum donacione tradiderat mihi rex. Et insuper tricenta markas super eum acceperunt et sic absolutus erat.

Et tranfretavimus citra aquam flui Saio et in Honod in ecclesia celebrare fecerat rex Ioannes quatuor tempora Michaelis. Et unde venimus cum tota castore regiestatis ad Zombor et ibi pernoctavimus et ignem magnum fecerant ad serostinum noctem. Et unus Turcus semper insimul equitabat nomine Kaszon. Et post nos Germani currunt, ubi fuit castor Ioannis regis, et Germani occupabant locum cunctisque locis habebant. Et Germani gaudebant, quod fugam arripiebant Hungari. Dixit Turcus Hazzon: O vos stulti Germani et Hungari, qui nescitis cogitare principium et finem. Nescitis unanimes esse et in pacifico possessionibus vestris perseverare paciffice, quia contra cesarem Turcarum non estis satis sive Germania sive Hungaria. Adhuc in Mohach relinquistis privilegia vestra cesari Turcarum, quia Turcus videbant iam esse inconstantes iuxtam regem. Ubi duo, ubi tres, ubi quatuor inceperant conspiracionem malam cogitare adversus regem.

Et mane surreximus et venimus ad Thokai arcem. Et ibi relinquimus reliquias sancti Emerici ducis in teca argentea et sancti Stephani reliquam regis patris palium, caput, sceptrum, pommam aureum consecratam. Sicut decebat, Hungarorum ad consecrandum regem cuncta cerimonia ibi cum rege erant et canonici quatuor erant de Alba Regalia iuxta reliquias. Et cum in Thocay pervenerunt, omnes ad tharzeker ordinaverant. Et una urna erat

valde preciosa de puro auro fulgido et alia vasa, que reliqua erat de actoribus censuum ecclesiarum, qui contra cesarem Turcarum cruces et calices extirpaverant de ecclesiis. Et cum illis sanctorum elemosiniis Ioannes rex habuit bellicam tantum ad tempus, sed non ad honorem sui neque ad deitatem suam, hawd potius ad verrecundiam maximam et ad turpitudinem ignominie usque ad mortem per malum consilium ribaldorum optinebat tam grandam meritum coram Deo altissimo.

36

Et in Thocai descendit rex in domum suam propriam in profesto Cozme et Dampiani in quinta feria. Non video Emericum Cibak, ut regem animaret, vel quod aliquod singnum, sed tantum partim erant corde ad regem Ioannem. Et episcopus Zagrabiensis Simon et erat in hospicio domini paroki et nos cum socio Stephano capellano apud plebanum. Et isti domini domestici iam inceperunt ambatim eciam conspiracionem, sicut antequam habebant in loco Aladon et in Zombor. Non erant iam perfecto corde ad regem, sicut antequam.

Quod sensisset rex esse Alemanos in Tharchal cum castoribus suis, et erat perfecto corde miles Hungarus Lucas Maria et Franciscus Bodo. Sed Paulus Bakytt Tracianus erat, quamobrem advena erat ad Hungariam a regno cesare Turcarum, tremebat se de parte Alemanorum, non libenter puro corde pugnabat cum Germanis. Quia erat miles astutus, respiciebat finem.

In quinta feria, sicut scriptum est, erat belli ductor Franciscus Bodo ambo cum Maria Luce, ut quilibet prepararet sese ad conflictum contra Germanos. Et dominus Cibak dedit pedites suos hubulcos, sed cum gentis suis noluit nocte pugnare. Et dominus Simon episcopus Zagrabiensis habebat belli ductorem nomine Georgium Dobravolya. Nuntiavit sibi dominus suus episcopus, ut aptaret se cum genta episcopi ad pugnam contra Germanos. Cenabat Georgius Dobrawolya. Quod audivit sibi ordinantem ad bellum, dixit: Bestia pugnatur. Atamen erat famosus vir de natione Sclavorum. Et aulici regiestatis per hospicia dominorum circuibant et dicebant, ut rex iussit, ut quilibet promptuaret sese ad ictum contra Germanos. Et nil aiebant, solummodo aulici, qui erant, videlicet, Franciscus Chorba, Franciscus Keressy, Franciscus Bodo, Lucas Maria et Paulus Bakytt. Et ad nos venit Franciscus Chorba serostino tempore in lorica sua induta et rogavit nos sacerdotes et monachum Thomam cum socio suo Gerardo.

Qui frater erat valde invidiosus. Fovebat ipsos apud regem dominus cancellarius Stephanus Verbwci et ad nihilum valebant iuxta regem Ioannem, quia nos ambii fueramus. Erant Cherihones et, quando volebant confessionem facere aliquis devotus miles vel procerus vir aut famulus, quia dicebant in duos adversarios christianos: Nescimus absolvere et animare eos partes milites regis Ioannis ad pugnam. Ego dixi eis: Quare tunc post eum curretis,

sicut satan post Christum in desertum? Extunc vos estis temptatores. Quicquid vult totus mundus, vult esse secundus manachus. 14
Extunc contra ad cancellarium Stephanum Verbwchy et ad regem cum acusatione magna. Et noluerunt amplius mecum comedere, sed pauper eiectus fueram ab eis regem et apud cancellarium.

Et habebat rex Ioannes multos Polonos pedites et inter eos 15
baptizabam et copulaciones insimul consecrabar in castore suorum, quia habebam agendam stolam, epitodium et benedictam aquam potui consecrare, ubique necesse fuerat. Et baptizam, quia 16
fontem habebam mecum in ladula in una angusta languncula, privatim vehebam mecum, quia Poloni procreabant in papilionibus suis, quia in bello ipsi non possunt fore sine mulieribus.

Iverunt prenominati milites aduersus Germanos media nocte 17
versus Tharcal. Germani, quod senserant Hungaros ad impetum ire, domos incendebant et iuxta flamam ignis de castore eorum de ingeniis suis sagitabant de Hungaris unum militem nomine Lucam Mariam, qui erat miles iuxta regem corde perfecto. Et mox 18
exalavit de mundo.

Qui erant pars Hungarorum, nomine Valentinus Therek et 18
Petrus Prini et alii multi Hungari cum Germanis adherebant fatui, quia sucrescentes sine ratione latrones, quia cesar Turbarum iam totam Hungariam gustaverat et perscrutaverat. Ipsi animabant Hun- 19
garos, quod volunt et possunt Turcas ultra mare expugnare et nos sumus sanctissimi milites, et Hungaros seducebant. Unus fatuus alium fatuum conualescebat et nesciebant adhuc, quid sit Turcus.

Quod sensissent Lucam Mariam subitanea morte casum de- 20
disse, tremuerunt partes Ioannis regis. Et corpus sub tentorio belli ductori Alemani Nicolai Grozhanz iacebat. Et nullus bellasset contra Germanos solummodo pedites bubulci domini Cybak. Et venit 21
acies nocte rursus ad Thokai. Nos quidem dormiebamus in uno lecto cum plebano tres: ego, Stephanus, Ioannes plebanus contereano nostro, quia de Zankemen erat nacione. Et dixerunt nocte: Surgite, quia percussi sunt per Germanos Hungari.

Extunc, quod audissent optimates Hungarorum, quod fuissent 22
delusi per Germanos, mox inter eos conventiculam fecerunt, ut puta, Emericus Cibak, Ioannes Doci, Gregorius Pestieny, episcopus Simon, Franciscus Bebek, ut caperent Ioannem regem et ducerent retrorsum ad Budam circa Ferdinandum, ut quilibet gratiam impetraret apud Ferdinandum capitis cum possessionibus suis. Post mediam noctis, quod unus bubulcus audiebat, quod contra 23
regem Ioannem conspirassent ac in se ipsos decreverunt, et iste bubulcus statim cucurrit ad curiam regis ibidem in Thocai. Quod 24
domus erat in palacium edificata et grados nesciebat, unde ascenderet ad regem, accidit obviando Franciscum Keresi. Iste vir erat valde fidelis inter alios. Dixit dominus Franciscus Keresi: Quis 25
es tu, qui venisti nocte ad curiam regiestatis? Dixit bubulcus: Domine charissime, duc me ad regem cicius, quia statim erit captus. Dixit iterum Franciscus Keresi: Dic mihi tuam questionem et 26

ego referam regie maiestatis sue. Dixit iterum bubulcus: Non volo tibi referre questionem meam, solumodo regiestatis, quia pauci estis fideles regiestatis. Ait Keresy: Si non vis aliud fieri, veni mecum. 27 Et ascenderunt per gradum et Benedictus Boza non dormiebat, qui erat secretarius regiestatis et cubicularius. Et ait Benedictus cubicularius ex intus: Qui stas ante hostium? Dixit Keresi: Ego sum Keresi, aperi cicius. Et aperuit et cum eo bubulcus. Ait Benedictus: Quid hic queris, tu rustice? Habeo cum rege aliquid dicere. Et dominus Franciscus Keresi expedit eum, ut veniret cum eo ad regem. Et tunc rex fuit pauper vigilans cum defendiculo suo. Dixit ad regem Ioannem bubulcus: Audi, rex graciose, hodie captus eris, si curam non adhibebis, quia ista nocte erat conventicula inter dominos magnates in civitate Thocay, quia iam optimates desperati sunt, quod volunt omnes adherere ad partem Germanicam. Ait rex iocose: Audi, bone frater, nil est et non credas, quia 30 statim noviter volumus contra Germanos conflictum habere. Ergo nil timeas. Dixit cubiculario rex: Benche. Audio, rex maiestas. Da sibi decem florenos et statim ne hic moratur. Et dedit statim bubulco. Et dixit rex: Quanti estis vos bubulci? Qui ait: Sumus 31 ducentis. Et dixit rex: Statim cum preparatis armis vestris solitis accedatis ad curiam meam et demum vos faciam omnes magnos nobiles. Et bubulcus mox accessit et nos cappellani cum armis nostris statim curimus ad hospicium regis. In numero fuimus 32 tricentis cum magnis et minoribus et vigilavimus regem usque ad ortum solis. Quod vidissent latrones, quod rex esset vigilans, non presumerunt ad domum regiestatis accedere.

Quod sensisset latro Cybak, extunc iusserat belli ductori suo 33 secreta, ut statim per pontem ultra Ticiam flui paulatim irent et sic gentem suam inprimis citra fluium ire et solus adhuc quasi iuxta regem esset ad capiendum. Et spaciabat prope aquam Thiciam et dicebant aulici regis: Ecce dominus Cybak gentem suam 34 ultra vel citra aquam remeare fecit. Et nos admirabamur, quia 35 apud Cybak maximam confidentiam habebat regiestas, quamobrem a iuventute sua nutriebat et percusserat nigrum hominem et insuper ei dederat episcopatum, sicut scriptum est. Et valde admirabatur tota chors regiestatis.

Iam mane gens sensissent, quod Alemanni prevaluissent Hungaris et miles Lucas Maria casum dedisset per manus Germanorum. Et gens Hungara paulatim ubi duo, ubi tres per pontem pergebant et rex iuxta rippam ambulabat. Eyulans clamabat cum 37 voce tenua habens: Boni Hungari, ne fugatis a me. Sitis perfecte mecum, quod, si Deus altissimus concesserit, ut vobiscum simul intrem ad sedem maiestatis mei, extunc viginti solidi erit vobis census.

Inde equidem fugam habui super montem Tharcal, aspexi 38 castorem Germanorum. Extunc quasi nullus apparebat castoribus eorum. Extunc Alemanni fugam dederant de castore eorum ad pratum Thicie, solumodo Hungarica pars residebat in castore Ger-

manica, Valentinus Therek, Franciscus Horwat, Nicolaus Horwat et sic de singulis eorum. Ego clamare incepti de monte Tharcal: 40
 Ecce fugiunt Germani. Repetebam multociens et descendi. Tunc Polonorum acies pauperes ad pugnam ordinauerant sese et ad ianuam Thocay obsederunt, ne Germanos intromitterent. Et Paulus 41
 Arthandi, qui erat dupliciter compater regiestatis adhuc tempore vaivodatu suo, extunc equitabat hinc et hanc in lorica sua induta cum fratre suo Blasio Artandi, sicut vespertiliones cum catervis suis, et venerunt ad pugillandum.

Interim pars Germanorum ad ianuam Thocay. Extunc inde 42
 aulici regiestatis milites ad pugillandum contra eos affligebant et milites Artandi cum eis quasi fideles apparuisse. Et mox incepti 43
 adversus milites regiestatis pugillare ceperunt et dicebant nostra pars: O vos traditores, o vos periuri et infideles, cur nobiscum et adversum contra regem maiestatis pugnatis? Ego nemppe 44
 aspicebam stans supra eos in monticulo et isti nostrates prevaluerunt eos et prostraverunt eos. Milites predicti Artandinis vivos quattuor milites sauciatos in loricis suis presentarunt regiestatis ad rippam. Et dixerunt regiestatis aulici sui: Isti nobiscum insimul exhibant de castore maiestatis vestre, quod, cumque volebamus cum Germanica parte itum habere, mox seperati a nobis vel a consorcio nostro fugierunt et ad facie nostra reiteraverunt se et cum hastis suis contra nos pugillum dederunt. Et Deus altissimi nos protexit ab eis a talibus maledictis. Quod rex stabat prope aquam Ticie, interrogavit eos rex, cuius famuli essent. Dixerunt: Nos sumus domini Pauli Artandi et Blasii. Et ait rex: Et ubi sunt compates mei? Extra equitaverunt contra Germanos. Si equitaverunt, debuissent prius interrogare me et sic ex consensu mei libenter potuissent. Ergo precipio tibi, Francisce Keresy, ut statim 48
 iactatis in fluium Ticie. Et rapuerunt omnes quattuor viros et illico submerserunt eos.

Ego quidem stabam et dixi regi: Vere, graciousissime domine mi, diu submerserunt pontem, nescio, quomodo iam potestis ire. Et rex super equum sedebat et currit ad vadum. Extunc ad vadum ianue maximam seram et vectes ferreos apposuerant obposito rege, ut ne posset equitare ultra aquam Thicie. Postea precepit nostris cum aulicibus, ut frangeremus ianuam cum vectibus et nos statim dirumpimus. Et rex interrogavit, quis iussit submergere pontem. Dixerunt custodes vadum Thokay: Vere, domine rex clementissime, dominus Emericus iussit Cybak ex mandato regiestatis vestre Germanis, quos duxerat quasi captivos. Paulus Bakytt et Germanos predictos in aquam submergere precepit et singulatim proiecerunt ad aquam Thicie.

Et rex vidit inter turbas suas magnam dissensionem et dampnum grande perpassum, precipue pauperes Poloni, qui venerant ad regem Ioannis ad protegendum, et mactabant eos.

Iam stabat rex ex parte Racómam iuxta aquam Thicie et ait rex Ioannes: Vere, vere proditores capiti mei, eritis omnes Turci. Postea amissit Paulus Bakytt, amisit regem Franciscus Bebek ac nocte exiluebat, amisit postea episcopus Simon Zagrabiensis et multos Polonos prostraverunt et depredaverunt eos. Et ad villam Racomam equitavit rex, ubi dominus Cybak parvum thaborunculam prepaverat et Paulus Arthandi cum fratre suo Blasio ewanuerunt ad Germanos. Et valde delusus erat rex Ioannes per Germanos. Et post hec inexperti viri multi currebant ad aquam pre timore et amiserant equos veloces ad terram et ipsi ad aquam currebant. Ego quidem adhuc ex parte stabam Thocai iuxta aquam in rippam et confortabam, ne properarent liberi animo ad perniciem. Et ibi unum equum rapuebam cum suo apparatu et postea per corruptum pontem cum equo pedester ambulavi ultra ad Rokamam post regem.

Et latro Cybak iam erat corruptus per infideles ad partem Ferdinandi. Valde volebat iam cum rege fabulare, sed cognoverat iam se ipsum, quod iam periurus et infidelis. Iam verebatur apud regem, sed rex tacito animo abire fecit. Et rex habebat non multa hominum, qui equitaverant cum eo ad Debrecen, tantum Franciscus Capolnay erat principaliter cum eo.

Inde ego cum licencia regiestatis accessi ad Sarospatak pro Ioanne plebano de Thocay, quia subam nowam wlpinam tradideram sibi ad manus, quia non debebam ferre super propter metum Alemanorum, et ad predatum equum descriptum ascenderam supra. Erant mecum in via videlicet Blasius Vechei, Statilius prepositus de Veteri Buda et unus bonus morigatus Kalnai. Cumque pervenimus ad vadum Luch, et interim unus cursor regis Ioannis appropinquaret et dixit eis: Rex sua maiestas vocat, domine preposita, et the, domine Kalnai. Sed Blasium Vechei non fecit vocare neque me, quia sciebat me post subam meam querere. Dixit prepositus et Kalnai: Quid faciamus, eamus aut non? Ego do vobis consilium, ut eatis, quia ad futurum ipse erit patronus tocius Hungarie, quia ipse magnum adiutorem habet. Et dominus prepositus ibi in vadum Luch ait mihi: Domine Georgi, si habes pecunias, da mihi denarios XXV, Deo adiuante restituam tibi. Habeo, dixi, et libenter dabo tanquam conterraneo meo. Ipse reversus erat cum Kalnai ad regem Ioannem versus Thebrechen idem anno 1.5.27.

Et erat eodem anno littera dominicalis F. Et in die sexta feria in festo Cozme et Dampiani ego ad Sarospatak equitaveram et interrogavi plebanum Ioannem de Thokai. Extunc apud parochum idem civitatis prandebant. Et me laute susceperunt et ciberunt et eciam potaverunt. Et dixit Ioannes plebanus, prope Thocai in una villula apud parochum amisisset, et unam scedulam porrexerat mihi ad manus, ut ostendam illi parocho. Et sic retrorsum abii adversus Thocai et inveni illam villulam et parochum ibi manentem et bonus homo restituit.

Extunc audivimus magnam clangorem sub arce Thocai et vi-
 di flamam ignis ardentis arx Thocai et erat tantum fluius Bodrogh 15
 coram illam villulam. Et venerunt in 3io die, quod nos de Tho- 16
 cai cum rege paupero confuse exieramus, et venerunt de opidulo
 cives fugando coram contra Alemanos ad villulam et interroga-
 mus eos, quomodo Germani operantur. Et inceperunt dicere, quod 17
 Germani nequaquam potuissent arcem apprehendere ab Hungaris.
 Et, cum igneas laptas de bombardis emisse erant et magistros per- 18
 fectos, quando incenssa erat arx, postea perrexerunt sub eam pe-
 dites, id est, lanchkenetek, largiter spisse circuerunt arcem et lan-
 ceas suas direxerant supra. Et de arce Hungari precipitati erant 19
 admodum decem milia martirum et omnes tali modo dira morte
 martirium perpassi fuerant pauperes Hungari per Alemanos in su-
 is possessionibus.

Quia, fratres amantissimi, pertinebat ad claustrum Zerench 20
 Thocai cum omni proventibus suis tempore regiestatis, et multi reli-
 giosi residebant in claustro Zerench. Sed post mortem regis Ma- 21
 thie pater Ioannis regis Stephanus thesaurarius, quare ipse vici-
 nus arce Talye et arce Dreghech et arche Bodokw, fecerat per
 suplicationem eius patronatus fore eorum monachis claustro Ze-
 rench. Et demum cepit illam sacram elemosinam paulatim discipa- 22
 re a fratribus et postea calumniam contra abbatem querere et per-
 sequere. Et religiosi in dies deficere, quia de vittum eorum de-
 minuebat.

Et tali modo studiose solebant ecclesiasticas res discipare 23
 Hungari magnates, uti et erant omnes tales sacrilegi. Et sic ince-
 perant cantare religiosi: Contere, domine domine Deus, inimico-
 rum ecclesie et sectam eorum, congregati sunt inimici nostri ec-
 clesie. Et oracionem sic oramus: Omnipotens sempiterne Deus, in 24
 cuius manu sunt potestates, omni iura religiosum ac are Christi
 hostia, per quos destruitur, respice in auxilium religiosorum sac-
 ris, ut sacrilegorum, qui in suarum despoliacione ecclesie gratula-
 nantur, et per dexteram tue potencie conterantur, per Christum domi-
 num nostrum, amen.

Et sic Emericus Prini, pater eiusdem Petri Prini abbaciam 25
 Bathe, ubi sacra sancta apparebat a multis annis, et sic infamiam
 contra abbatem proclamare fecerat Ioannem et excludere fecerat et
 sic confusus hinc et hanc currebat. Et postea decessum eius filius 26
 Petrus Prini penitus expugnauerat fratres religiosos et monasterium
 eorum equos suos tanquam in stabulum deputauerat postremum et
 sanguinem domini nostri Iesu Christi in manibus suis capiens pro-
 priis ad arcem suam Soclos. Et venit demum paganorum cesar et 27
 expugnare fecerat ipsum apostatam latronem et sacrilegum de arce
 Soclos. Quia per fraudem et per potenciam fecte intraverat ad ar-
 cem Soclos, et expugnare fecerat Andream Bott et in Crowaciam
 in banatu suo Zen iuxta mare et dum scribebant anno 1.5.6.

Et sic 3ius optimates Kis Horwat Ioannes traxerat iuxta Da- 28
 nubium in civitatem Zattam ab ecclesia Bachiensi et possidebat
 vivens. Et post decessum eius sic archiepiscopus Petrus idem Ba-

chiensis occupaverat retrorsum iterum ad ecclesiam monasteri. Et 29
antequam archiepiscopus erat Collocensis, et monachos religiosos
expellere fecerat de Bachia cum rege Sigimundo et monachis ali-
am ecclesiam edificaverat nomine in villa Ders. Et postea demum 30
etiam insula Sirimiense iuxta Kamonch Varadinum Petri iuxta flui-
um Ister occupaverat de Bachia iam. Quamobrem erat cancella- 31
rius tempore regis Mathie et swadebat sepiissime per adulacionem
Mathie regis, ut ei ad ecclesiam Bachiensem occuparet, quare es-
set in confinibus Thurcarum. Rex Mathias nunquam ei consensum 32
prebuit, quia illa abbacia tenebatur a Romana sede, quia Petrus
rex Hungarorum in agonia sua in testamentum suum dedicaverat
ad ecclesiam Sancti Petri et Pauli apostolorum in urbem Romam.
Et ipse Petrus sepiissime scribebat cum magna sua adulacione et 33
occasione scribebat, tanquam unus Cicero, sanctissimo, quamob-
rem esset in limitibus Turcarum, quod ipse melius defenderet et
daret aliquam omni anno porcione in porreit.

Et sic alia ecclesia aliam defraudebat ac palia tollebant. Quia 34
patronus et apostolus rex Stephanus Hungarorum inprimis plan-
taverat et mancipabat totam Pannoniam ecclesias, dum fabricare
ceperat tricenta et sexaginta sex monasterias edificarat et in eis
cruces, calices et omnia ornamenta decorabat et cum religiosis vi-
ribus dotaverat, ispotalia multa pauperum preparare preceperat et
sic Hungarorum in patronatum in Panoniam occupaverat. Et post 35
hec Hungari demum omnes destruebant in minimum sacram struc-
turam et per astuticiam et per calumniam magnam intrabant in
sacram elimosinam crucis. Et sic de mundo exalati sunt in sacri- 36
legia, quia rex Hungarie quilibet predecessorum suorum nequa-
quam observat dicionem eorum, attamen in koronacione diei qui-
libet iuramentum deponebat. Et sic periuri et infideles erant et 37
apostatici in fide, quos Deus altissimus in magna autoritate
constituebat, attamen ingrati fiebant. Et sic Deus altissimus regnum
Pannonie aliis gentibus alienis tradidit, sicut regnum Gregorum,
quod et ipsi persequebantur veros adoratores etcet. Quia principes 38
Hungarie hec tenebant: Si novus rex, nowa lex. Haud inter ipsos
optimates Laurencius dux non erat particeps in hereditate ec-
clesiastica heres.

38

Et ego cumque inveneram subam meam, et de Patak adver- 1
sus Cassoviam perrexi, dum erat iudex Michael Kakwk et duode-
cim consules erant totius civitatis etiam colonibus. Et confidenter
ad eos equitabam, quoniam tripliciter iuramentum deposuerant cor-
am Ioanni regi cum fide certa. Et erant in Ladon, cum rex in 2
castore suo habitabat sub tentoriis suis, et ibi secundo fidem sua-
rum deposuerunt coram fratribus heremitarum in claustro Ladon
et coram nobis sacerdotibus, quia rex Ioannes in Strigonie eis ad
manus octo massa argentum tradiderat, ut de argento predicto mon-
etas concuterent. Et Ioannes Ewze erat Hungarus factor et multa 3
iam pecunia prompta erat cum vasis inpleta.

Et de Buda aFferdinando mox precursor venerat ad Kasso-⁴
vienses cum preceptoría, ut statim visis presentibus accersitum
versus Budam. Et iam nesciebant, quo declinare valeant. Cumque
in cimiterio oravi canonicas horas, interrogantes me, ut quid facerent.
Ego nempe dedi eis relacionem tali modo, ut ne penitus⁵
irent, quia fides magna est in se et perfecta, que polliciti estis in
Strigonie et in Ladon. Interim alius accessit precursor et allate⁶
erant eciam ad manus Cassoviensium et iste ultimus precursor
dicebat et verbis blandicis eos confortare tali modo, quod, cumque
Ioannes baida Debrechen ivisset ad Transilvaniensem et in Ko-
loswar, cives civitatis consilium inissent contra regem Ioannem,
ut caperent eum. Quia iam antequam intrasset ad Transilvaniensem⁷
rex Hungarie, extunc regi Ferdinandi preceptorias allate erant
ad civitates Nadelienses, ut, cumque Ioannes vaida intraret, extunc
capiatis eum. Ergo nunc, ercclle, fuisset captus nocte, firmiter cre-⁸
datis vos, Cassovienses, quod, si unus civis ei non enodasset, mox
captus fuisse. Sed exilivit clam de civitate Koloswar et perrexit ad
Albam Gywla Feyervar. Quod ibi moram habuisset, Ioanni regi⁹
qui erant erga eum corde perfecto et benivolentes, accusaverunt
episcopum intro Ioanni regis, ut sciat perfecte et integre tua ma-
iestas, quod, cumque audisset episcopus Transilvaniensis Ioannes
Gohton de Buda expellendus per Germanos, mox Te Deum lau-
damus demandavit cantare cum clero suo et campanas resonare
precepit pulsatoribus et ignem grande flamantes et horganum ad¹⁰
horganizandum. Ioannes boida, quia precursor in legacione erat
Germanus et lingua Germanica proferebat eis, cumque audisset
istam querimoniam, statim fecit per iussionem suam captivare
episcopum Transilvaniensem per Ioannem Doci et per Franciscum
Bodo et calumniam infamie e contra eum apposuerunt: Et insuper
infidelis es contra regem Ioannem, quia ipse est legitimus rex post
decessum Ludovici regis sive per fas sive per nephas. Tu nempe,¹¹
episcope, fecisti sedicionem inter bonos fideles regiestatis, gaudium
incitasti per campanas trahentes et sic de aliis. Post hec nocte¹²
episcopum pauperum ambo fuerunt tortores Franciscus Bolo et
Ioannes Doci, quia Germani ita appellabant eum Franciscus Bolo
et bene, quia non decuisset de condicione sua extra passum suum
habere, per testiculam et per alia diversa ignomiam super eum
fecissent tormenta ita adeo, quod secundo die episcopus predictus
dira morte exalavit de mundo et de domo sua cuncta abstulerunt
et depredaverunt, quicquid poterant invenire. Hec cum audissent¹³
Nadelienses, tam asperima et dedecora mortem et passionem ha-
buisset episcopus Albe Giwlensis et surrexerant contra maiestatem
suam, quod tam deformiter egissent, et ipse aures suas tenebat ad
foramen. Quod sonuisset in gurgis suis, vere Ioannes boida non¹⁴
multum prolixavit se in Alba Gywlensi, sed statim passum habuit,
properat ad Gyalw, venit unde ad Thasnad et hec actus adhuc erat
in mense Octobris et Novembris idem anno 1.5.27. in octava om-
nium sanctorum et Galli confessoris. Ergo, domini Cassovienses,¹⁵

nil premeditatis et de hactenus nullam confidenciam habeatis apud lanus baidam et insuper vobis Deus altissimus dedit thesaurum ad manus vestras Ioanni boide et cum thesauro suo potestis gentem congregare pro defensione vestra et insuper rex Ferdinandus erit cum auxilio erga vos et vlt donare adhuc cum aliquibus villis.

Hec cum pronuntiasset paralimphus Alemanus coram Casso-¹⁶ viensibus, placuit eis et mox adhererunt ad partem Ferdinandi. Et unus erat inter eos Ioannes Sauklich et dicebat solus, quod non debemus adherere ei ad Ferdinandum, quia erimus infideles, domini mei. Quia sciatis, quod si in tempore non acciderit aliqua¹⁷ pernicius super nos, sed adhuc podecessum nostrorum accidit pernicius demum etiam super filios nostros. Ergo, domini mei, non videretur mihi, quod appellamur detratores et pessimi mercatores erimus.

Quod ego coram ipsorum astabam, dixi eis: Domini mei, si¹⁸ hoc egeritis, quas proferavit questiones dominus Ioannes Saytlich, bonum erit et inperpetuum fides vestra protegit, quia, unde lob, melius est nomen bonum, quam ungenta preciosa.

Dixit Kakwk Michael: Audi, Ioannes Saytlich, verumtamen,¹⁹ quod toti civitatis Cassoviensis es patruellis, et te bene debemus observare. Sed hic bene aspicias te ipsum, quia pars maior vincit minorem. Ait Ioannes Saytlich: Eciam, domine iudex. Et nil plus locutus. Et dixit mihi Kakwk: Audi tu, pater Georgi. Vides ianuam Cassoviensem? Video. Et etiam per illam portam exeas, quia civitas determiavit, ut hic inter nos ne residearis. Audi,²¹ domine iudex et omnes seniores Cassovienses, ego non sum proditor neque seductor neque accusator, quod ego exeam de Cassovia. Quia sum in sacris spiritualibus, tamen in vestra servio,²² sicut decet ecclesiastico viro. Videatis modernum tempus, quod homo non potest pacifice peragrare, quo vellet, sed statim offendunt eum. Quia ego dolore vos doleo, quia ego dominum meum²³ non denego, quod si denegarem, forem fide fragus. Tamen inter dominationes vestras, quod plus quam duo mensibus residebo et nil sub pallio locutus sum, hawd publice. Sed etiam consilia do²⁴ vobis. Si vltis iam ire versus Budam ad Ferdinandum, extunc ex vobis satis est duo ire, etiam non ex numero duodecim, qui estis, sed qui sunt ex communi wigo, non eatis cum pompa. Ipsi siluerunt.

Secundo die Michael Kakwk chortem fecit in unum Casso-²⁵ viensium et unam catedram erexit iuxta murum cimiterii et ascendit sicut unus predicator et incepit toto wigo Cassoviensi magnis et parvis illam declaracionem, quemadmodum declaverunt duo precursores Ferdinandi de rege Ioanni, quomodo in Transsilvanie ambulasset et sic de singulis, sicut scriptum est, inceperat pronuntiare per linguam eorum Alemanicam et plus quam horam unam. Ego quidem visu videbam, in auribus meis audiebam, sed²⁶ nil intelligebam. Quod demum descendit de catedra et statim custodes civitatum inceperunt vehere ligna, vasa ficta et incendium

ignis fecerunt. Et de turrim tubicynatores descenderunt cum filiis 27
suis et timpaniste inceperunt suflare et tangere in timpano et in
horgano bene sonantibus vocibus eorum, videlicet, Te Deum lau-
damus, quod Deus altissimus contullisset eis regem Germanum
inter eos. Hec finito in profesto Galli confessoris iterum ascendit 28
ad catedram, ut, si quis regem Ioannem nominaret, inprimis pri-
varetur a capite et insuper res et bona sua despoliaretur et ad
republicam exponeretur. Antequam quidem ego defendam regem 29
Ioannem in suis iuris, vere ego quid dicam. Silui et ego cum eis
taliter, exinde ulula cum luppis, si vis vivere cum illis.

Post hec Ioannem Ozem coram eorum vocare fecerunt, qui 30
deputatus ad monetarios provideri, et dixerunt ei: Ubi est thezau-
rum Ioannis regis. Et statim presentare debeas coram nobis civi-
tatibus, sin autem the facimus statim cruciari, extorquere de te,
uxorem tuam cum filiis tuis insimul conterere debemus. Et iura 31
verunt sub fide sua, quod pure et rite debet representare coram
eis. Et presentavit eis et pro labore suo centum marcas concesserunt
sibi et plura ad refectorium civitatis obtullerunt.

Interim armam suam super parietem applicatam luppum re- 32
traxerunt et ad unum canicullo ligaverunt cum straminibus et in-
super lingerunt cum urinis suis et desteracoraverant postea cum
humana stercora. Et insuper incenderunt straminam super canem 33
et dicebant blasphemantes: Ecce rex canis, ecce rex canis. Inces-
santer proclamabant. Quod ego vidi et aliqui boni amici Hungari:
Vere dico vobis, quod statim Deus altissimus exaudiet eum et Deus
solus vindicabit Ioannem regem. Simulans dicebam: Vere magna 34
illussio est. Postea demum non fuerunt longevi super terram, quon-
iam malegnaverant regem Ioannem. Tamen scriptum est: Hono-
rate regem et estote subiecti principibus et prelatibus. Petri secundo.

Interim venerat legatus a Ioanne rege ad Cassovienses et ad 35
civitatem non misserunt intro, sed proferat questiones suas, que de
domino suo resumpto animo suo vexit erga nos. Et sic miserunt
Ioannem Sayttlich. Et hec dixit: Rex Ioannes tanquam fideles suos, 36
ut thesaurum suum detis extra civitatem, si iam adhesistis ad par-
tem Germanicam. Quod audientes consules Cassovienses: Dic do-
mino tuo Ioanni baida, quod multa dampna fecit nobis Casso-
viensibus de arce Sepusiensi, dum erat tempore boida Nadeliensis,
ergo nos non potest contentare cum quinquaginta milia marcis de
argento puro. Talem relacionem fecimus et eas dic sibi tali modo.

Et preparaverunt se ipsos versus cum magna pompa. Habe- 38
bant sex colyas, de rubeo panno hornaverant cum aureis pomis
et thubicinatores cum timpanistis et equites viginti quinque, gens
feminea erat sua, perrexerunt ad diem competentem, id est, ad
festum Martini confessoris. Quod audisset Ioannes rex, quod ad 39
coronandum egressi sunt, et misit militem suum Franciscum Bodo
coram eorum, dum iam divertebant adomum Cassovie, et appre-
hendit eos in opido Genges in cenaculo prandentes eos. Et ipse 40
cum eis Franciscus Bodo. Ipsi intellexerunt Cassovienses, quod

explorator esset a Ioanne rege, et in magno cum astutia venerant ad domum Cassoviam et nocte intraverant ad civitatem.

Et secundo die inceperunt fabulare de coronacione Ferdinandi: 41
O domine Georgi, ibi erant magni domini Bohemi et Germani, non tantum, sicut Ioannem boidam. Ego dicebam: Non dicite iam eum Ioannem boidam, sed rex est iam. Domine Georgi, tamen 42 inibitum est per Cassovienses, quod ne audeat dicere Ioannem regem, sed tantum Ioannem boidam, et in Bude rex Ferdinand fecit proclamare, ut quicumque diceret eum Ioannem regem, extunc capite privatus esset. Ego dixi: O vos fatui, nonne Deus facit prin- 43 cipem et Dei donum est ei et episcopi unxerunt eum, non vos Cassovienses, ergo contra voluntatem Dei nemo potest resistere.

Quod hec verba protullebam coram uno iuris civium inter 44 colloquia miscentes, dixit ille civis mihi: Vere ego volo referre hanc verbam vestre dominacionis in pretorio civitatis coram iudicibus. Mox ego fui tremefactus, quod hec protullisset mihi. Extunc 45 me iudex ad prandium invitavit et bene tractavit et post prandium dixit blandis verbis suis mihi: Domine Georgi, valde sunt cives civitatis Cassoviensis erga te suspiciosi. Ego dixi: Quare? Quod 46 aliqua verba profanasti coram uno iudice et in refectorio civitatis referavisti. Ergo, domine Georgi, intrabis cras ad refectorium civitatis et te ipsum expedias coram civitatibus, quia dicionem civitatis fregisti. Ego non ibo, quia ego quicquid dixi, quia Deus al- 47 tissimus constituet principem et per sacerdos debet ungere. Nil aliud dixi, dico ad fidem meam. Et semper in hospicio unus solebat repente intrare, ut si quid in aliquo crimine deprehendissent.

Semel vocavit me ad prandium dispensatur civitatis. Et erat 48 Hungarus. Quod duo fercula comedissemus, suspiciens Ioannes dispensatur supra mensam dixit: Domine Georgi, ego sum Hungarus et non Germanus et sub fide dico tibi, quod te bene considera, quia tibi Cassovienses unam sertam ligaverunt et una die ad caput tuum ponunt, ergo bene debes te ipsum cogitare, quid tibi oporteat facere. Vere dico, domini mei, quod ego vix potui 49 exire de prandio pre timore, quod me tenuit. Et statim simulatim ad iudicem cucurri et dixi: Domine iudex, ego volo ire ad Nagh Ida, quia domina condam Prini Stephani fecit vocare ad caplanatum. Et quomodo mihi declaraverat dispensator civitatis, ut viderem ser- 50 tam meam applicante iuxta mediastrum, quattuor veru constituendo dixit dispensator: Domine Georgi, ex quattuor illis tua est unus.

Et quicquid habui in hospicio meo, res meas paulatim ad 51 unum civem Hungarum portaveram. Quod iam ductum erat totaliter, postea unum equum rogavi ab uno adolescente et per unum equum cucurri ad Nagh Ida et de Nagh Ida ad Ghench et de Ghench ad Hecem.

Extunc audivi esse regem Ioannem in Debrechen et Franci- 1 scum Bodo cum tricentis equitibus et tot peditibus habebat in Zanto esse in profesto nativitatis Domini. Et venerunt duo huzarones de

parte Zanto opidulo et pernoctaverunt in Hece apud plebanum. Et² in cena incepterunt fabulare et dicebant: Vere fefellunt ipsum Franciscum Bodo pars Germanica, quia ego iam audivi in concilio eorum, Valentinus Therek et Paulus Bakytt, quid ipsi decreverunt inter se Verum quidem, quod Franciscus Bodo prevalet eos, si³ eis non crederet. Hec ego audiens volebam cito ad Franciscum Bodo currere valde mane quamobrem propter festum nativitatis, quod erat sollenne. Interim venit fama, quod mane valde equitasset⁴ adversus Agriam, ut arriperet ad partem Ioannis regis. Cumque audivi, quod tam sollennem diem preterireunt: Vere male fecit Franciscus Bodo, quod diem celleberimum non sollennizavit.

Et iam rex Ioannes de Thasnad ad Debrechen equitasset et⁵ e contra Ferdinandus in Buda residebat. Dum ego in Cassovia residebam, clamare fecerat Michael Kakwk, quod, si quis caput Ioannis regis amputans portaret regi Ferdinando, extunc decem milia florenos daret ei. Ego hec audivi, quod, si quis caput regi⁶ Ferdinandi portaret, Ioannes rex daret ei viginti milia markas. Hec cum audissent de ore mei, propterea volebant me expugnare.

Extunc venit unus sacerdos parocus vicinus iuxta Hece. Dixit⁷ mihi: Domine, tu venisti de Cassovia transsactis diebus? Ego veni. Videas te ipsum, quia Cassovienses valde dolent, quod absque scitu eorum venisti. Iam tremefacti sunt, quod audierunt vestram dominacionem ad Franciscum Bodo ire. Et Paulum Nagh cum⁸ quinque huzaronibus erexerunt post vestram d. Ergo curam habeat vestra d. Ego mane insurrexi in die Ioannis ewangeliste, cucurri ad Stephanum Thomori in Bodokw. Et ibi me valde tractaverunt cum honore et ibi sollennizavi. Et iste Mathias Dewai capellanus⁹ erat eodem tempore apud Sthephanum Thomori in Bodokw et erat valde devotus in fide nostra catolica recta, qui nunc est summus Lutterianus.

Interim fama venit, quod Franciscus Bodo delussus esset per¹⁰ partem Germanicam. Unus miles erat Hungarus et ad Stephanum Thomori divertisset nowa ei parabolare. Et erat hec conflictio in die Silvestris pape. Cum venerat Franciscus cum turma sua ad¹¹ campum Kereztes, et ibi castra metatus erat. Et Germanica pars diu audissent, quod de Debrechen motus fuisset cum equitibus centa et pedites sexcenta, et valde pars Germanica tremebat de ipso. Ipsi duo, videlicet, Paulus Bakytt et Valentinus dixerunt.¹² Possumus eum prevalere cum astucia nostra, si vis, domine Valentine: hec dicebat Tracianus Paulus Bakytt. Et dixit Valentinus Turcus: Quomodo? Ita, quod tu es Hungarus et ipse. Cumque¹³ aciem suam possis videre, curre cito ad eum solus tantum et ipse te videt et ipse mox ad te ocursum habebit. Dixit Valentinus: Quod si neglexerit cursum erga me, quid factum erit? Ait Tracianus¹⁴ Paulus: Quod si non comparuerit, atamen habet vestra d. celeres equos. Super unum potes vestra dominacio reiterum cursum habere. Quia rex Ferdinandus per astuciam promiserat unum arcem¹⁵ Thata cum omni possessione sua, quod si Franciscum Bodo pot-

erit captum ducere. Et sic intellexi et audivi a milite Hungaro 16
 super cenam apud plebanum Hece, demum quod verum fuerat
 postea. Cumque venissent adversa pars in facie in campo planicie
 tali modo, sicut scriptum est, amplexati sunt unum alterum duo
 milites Hungari predicti. Valentinus Turcus valde erat garrulus et 17
 cum fava verba sua deceperat et prolixabantur in fabulis, quomodo
 in Transsillvania peragrassent. Et valde dicebant comitiva, ut ne
 crederet et solus ne pergeret. Quia, domine magnifice, decipiunt
 te et deceptus eris: pedites dicebant hec verba. Franciscus Bodo: 18
 Milites fortissimi, qui mecum estis hausi ad intercandum, iste mil-
 es est mihi amicus et dominus. Et adhuc ipsi hayduci dicebant:
 Nequaquam ei obtemberaberis. Cumque in vicem stabant super
 terram pedester, irruit cum turma suorum ambabus. Captus fuit
 mox Franciscus Bolo. Dicebat Franciscus: Ubi fides tua, Valenti- 19
 tine, quod me per fidem tuam de turma invitasti. Dixit Valentinus
 Turcus: Veni tantum, amice mi, ad fidem meam, que tibi polli-
 citus sum, nequaquam tibi erit malum, sed, ut volo, ut servias
 domino meo regi Ferdinando, quam Ioanni regi. Et ductus est
 mox ad Agriam.

A longe quidem quattuor centa armigerorum Alemani apro- 20
 pinquantes et ad impetum adautter ictum fecerunt cum turma
 Francisci Bodo. Et valde ex utraque parte ceciderunt. Equites ibi
 perierunt, pauci venerant ad Debrechen. Inde pedites nunquam po- 21
 tuerunt eis resistere et dicebat Tracianus Bakytt: Nunquam vidi
 pedites viros tam strenuo et astutos, sicut ista Hungaria hayduci,
 atamen cum Turcarum cesare multa bella egi cum eo. Tantum di- 22
 cebat Valentino Therek. Pedites integre venerunt ad Debrechen et
 centurio eorum peditibus totaliter coram rege maiestatis parabola-
 verat. Et quod rex Ioannes a centurione milito plenary intellexis- 23
 set: Vere doleo, qui sunt pauperes in conflictione interempti, sed
 Franciscum Bodo non doleo, quamobrem scivit, quod sunt infide-
 les erga nostram maiestatem, sed sunt, sicut Pharahones, quasi
 me ibi tradidisset, et mihi attamen miles erat amabilis super om-
 nes alios.

Inde postea de Agria duxerant predictum Franciscum versus 24
 Budam cum magno triumpho et in una villa pernoctaverunt. Et in
 cena in hospicio fecerunt pactum, ut fidem deponat Franciscus
 Bodo, et libere faciunt eum permanere absque vincto. Franciscus 25
 Bodo deposuit fidem suam, quod non exiliaret ab eis, et firma
 fide absolutus erat. Et dicebant ei Hungari milites simulantes: Do-
 mine Francisce, eas iam cito et curre velociter, quia nox est pro-
 lixa et potes ewadere. Et dicebat Bodo: Non possum, quia fides 26
 mea me iam ligavit. Et dicebat adhuc unus miles: Non agravat
 tuam conscienciam fides tua, pollicitus erat e converso sub fide
 sua dura, ut tibi quidquam non eveniet. Et contra Ioannem regem 27
 est periurus et infidelis, sicut Pharahho. Et ait Franciscus: Verum
 dicis, amantissime amice, quia ipse iam Valentinus septies est iam
 periurus et infidelis. Et e converso miles Hungarus: Quod si sci- 28

vit d. vestra, ergo cur ei credidisti, ergo eas, quo visu potes ire. Dixit postea: Extunc porta equm. Et ipse dixit miles: Nequaquam ad futurum aliquid eveniat contra honorem meum, quia hec secretum est inter nos.

Et cum equitasset Franciscus iam aduo miliaria versus fluium²⁹ Thicie, quod vidisset in una villula lumen in una domo, accessit mox recte ad lumen. Tunc fuit taberna. Quod vidisset hospes,³⁰ quod esset in facie decorus et in loquella sua miliciam suam designaret, hospes cum magna reverencia incepit eum alicere cum ferculis dispositis et cum vino refocillato. Quod semper tristabatur³¹ iam in corde et merorem doloris habuisset in corde, dixit hospes: Egregie domine, mihi dic mihi, cur tristaberis. Et vidit Franciscus Bodo hospitem ac maturum condicionis ac dicit hospiti: Si mihi bonum consilium dares, dicerem. Et ait hospes: Secundum meum³² posse meo scitu dabo. Et tunc incepit: Ego sum Franciscus Bodo, dolor meus tristicie hic est in vita mea, quod fui cum rege in Transilva, episcopum interfeci Nadeliensem. Iam accessi in fidelitate contra Valentinum Terek. Nescio, quid faciam. Fides est magna et iam mancipatus sum per fidem. Nescio, si retrorsum eam ad eos predictos milites. Dixit hospes: Credat vestra dominatio, qui fidem non habet, ille Deum non habet. Qui in minimo est fidelis, in maiori est fidelis. Noh, volo mori iuxta fidem meam. Retror-³⁴ sum ivit per suam, quia iam consciencia sua iam mortem timebat eternam. Quod cumquam intrassét ad villulam, unde exalaverat, mox capientes eum ad modum maleficum hominem et una die ad Pesth equitaverunt cum triumpho summo.

Fama regem Ferdinandum apprehendit, quod Franciscum Bo-³⁵ do captum ducerent per naves adversus Budam. Totus wlgus Pestense et Budense fugebant ad videndum Franciscum militem, quod triumpho ducerent. Quidam ex populis dicebant: Bene fecit Deus³⁶ cum eo. Antequam expugnabat Turcos, nunc quidem christianos. Alius autem hec dicebat: Quam hornatissimus miles dira morte de mundo exalabit.

Et de Buda postea destinaverat ad Strigoniam vincitum et cum³⁷ eo quasi pro spacio. Cumque ad Strigoniam advenisset, non multum tardavit, sed festinanter currit versus Viennam cum vincito. Et³⁸ Valentino arcem Thatam non dedit ad manus suas et ipse confusus remansit. Unus fatuus alium fatuum decipiet. Et Ferdinandus rex sic dicebat: Ebellh ebeth maratatok, id est, canem cum cane mordere faciam.

Et in Vienna longo annorum tenebatur in carcere, in specu³⁹ interdum plus quam tribus annis. Sepissime absolutus fuisset, quod si spondisset ad fidem, ut bellaret contra Ioannem regem. Et per magnos dominos rex Ferdinandus rogaverat, ut sibi serviret fideliter tanquam Ioanni regi. Sed nequaquam voluit, sed semper⁴⁰ aiebat: Ego habeo fidem meam apud Ioannem regem, nequaquam volo fore infidelis, sed in hoc morior. Et sic post tribus annorum exalavit de mundo resuta vita sua.

Inde rex Ioannes audivit in Debrechen, quod rex Ferdinandus 41
 exilium fecisset de Hungaria. Dicebat rex: Vere bonum con-
 silium habuit, quod exivit de Hungaria, quia non pervenisset diem
 Petri. Dicebat adhuc rex: Maiorem et meliorem consilium habuit 42
 rex Ferdinandus, quam consilio intraverat ad Hungariam.

40

Ego quidem de Zanto veneram ad Thokai, de Thocai veni 1
 ad Debrechen. Iam erat anno Domini 1.5.28. et apropinquabam
 ad Debrechen. Et hospicium habebat rex Ioannes apud suam ama- 2
 siam Kardosne. Et presens non erat in hospicio, sed apud mona-
 chos in dominico die nuppcie facte sunt in Cana Galiee. Et hos- 3
 piciam ego apud unum rector altaristam Michaellem et post re-
 gem ieram ad monachos. Rex quod vidisset meam presenciam co- 3
 ram suam maiestatem astantem, atamen risit rex mox et tota curia
 sua admirabantur mihi, unde exivi ad Debrechen.

Et post missam finitam secutus fui regem de ecclesia usque 4
 ad hospicium suum. Et rex sedit in sede suo et me ante ipsum
 stare precepit et dixit: Gracias refero tibi, pater Georgi, quod
 scribseras mihi de Cassovia, et allate erant ad manus meas et ita
 fuitne, quomodo Cassovienses acturi? Ita fuit, clementissime rex. 5
 Ait rex: Ecce ascendamus statim contra eos et expugnare valeamus
 eos propter infidelitatem eorum. Ego dixi: Bene esset, si essent
 fideles domini Hungarorum. Dixit rex: Habeo aliam gentem fide- 6
 lem Polonos. Ego dixi: Bene, rex clementissime, sed gens Polo-
 nica valde sunt efeminati. Ait rex: Non sentis tot, pater Georgi,
 sicut ego. Ego tacui.

Secundo sacrificavi in ecclesia sancti Andree apostoli. Ex- 7
 tunc Emericus Cybak sedebat in cymiterio. Quod me intuisset,
 mox ad se vocare fecit et gaudenter ac leto animo suscepit. Et 8
 interrogavit me, quando veni et quomodo sunt Cassovienses et quid
 dicunt ipsi, id est, communitas civitatis, promti forent omnes mori
 iuxta regem. Sed ipsi dicunt, quod si vellet dominus Cibak. Ergo 9
 vestra d. est causa efficiens, quod regem Ioannem non vis, ut esset
 rex Ioannes Hungarie, quia in Thocai in primis fugam dederas
 citra fluium Thiciam et regem in manu Alemanorum amiseras. Dixit 10
 mihi furiose: Mentiris, tu bestia, tu scortarum procus, eas, tu be-
 stia, me non vitupera, quia, si scires tu, que ego scio, vere tu di-
 ceres mihi alme, pater Georgi. Et ibi extunc audiebat Ludovicus 11
 Thomori, quia eum amabat. Extunc iam illico currit ad regem et
 predixit regi, quomodo ego ambulasset cum Emerico Cybak. Et
 rex me ad eum vocare fecit et dixit mihi: Pacenciam habeas, pa-
 ter Georgi, donec inpleatur dies dierum. De hactenus semper me 12
 invadebat pauper et semper me detractabat et infamiabat cum epi-
 lentica verba.

Extunc clamare fecit mensionariam peditibus ad unam men- 13
 sem unam markam et equitibus duas markas. Et quicumque esset
 in hospicio hauzarones, ut quilibet prepararet sese, quia in brevi

tempore habemus viam. Et dedit eis in lunacione totaliter de auro 14
 puro, quorum scutellas tres Laurencio Morgai, duos aures ciphos
 Laurencio Barbel et quilibet in hospicio hospiti ponebat in pignore
 aureos pro pecuniis magnis et argenteria vasa pro parvis pecuniis.
 Cumque inceperunt ire ad iter versus Thocai, et de hospitibus rur- 15
 sum apeteabant aureos, qui autem argenteas vasa: Ecce iam volu-
 mus solvere et redimere propriis parvis pecuniis. Et presentabant
 pauperi wlgi, capiebant et nil eis solvebant precia pignoris suis.
 Et flebant et mala multa clamabant post eos et regi querellebant 16
 eiwlantes et rex nil eis respondebat, ut eos contentarent. Et in pro-
 festo beati Pauli apostoli conversionis pecierunt ad iter.

Et cum rege Ioanni isti erant domini et milites et numero- 17
 sam populum habebat iam Ioannes rex, videlicet, erat cum eo ado-
 loscens Balaban, Bosytt Radich, Rodonya Voxa, laksit Marci, Far-
 kas belli ductor, id est, hottman, Petrus Ocharowitt. Isti erant tan- 18
 tum Traciana mille et tricenta huzarones. Hungari nemppe erant
 in numero duo milia. Emericus Cybak cum suis catervis, erat
 Vitez Kalai, erat Ioannes Doci, erat Franciscus Capolnai cum tri-
 centis huzaronibus, erat ibi Scariot Paulus Artandi, sed germanus
 Blasius Artandi non erat. Atamen rex valde precipiebat ei, ut post 19
 ipsum festinaret, quia erat valde preparatus ad pugnam cum hu-
 zaronibus quintenta equitibus, sed tardus erat, atamen tenebat of-
 ficiam Debrechen a rege Ioanne. Erat Iacobus Tornai, erat Ioan- 20
 nes Iztari, erat Stephanus Verbwchy et insuper Poloni equites et
 pedites duo milia. In summa eramus tredecim milia et in ultimo
 miles Kwn Gotthard et Paulus Kwn.

Cumque ad vadum pervenimus iterum oppone arcis Thocai 21
 et in tribus diebus die noctuque transfretabamus per fluium Thicie,
 et iterum ad hospicium plebani descendimus cum Stephano capel- 22
 lano. Et ipse plebanus Ioannes quasi terrigena gratulanter magno
 suscepit et rex Ioannes iterum ad suum domum reclinavit. Ibi
 mansimus decem diebus et post decem diebus equitavit rex ad Sa- 23
 rospathak. Et arcem tenebat Simon litteratus Sclaus de Atyna,
 quamobrem Totus Toti obedivit. Et officialis vice concessit arcem
 Patak regi Ioanni.

Et antequam erant arces domini Ioannis regis tempore vai- 24
 vodatu suo, et omnia possessiones, quascumque habebat magnifici
 domini Palociensis post defectum seminis. Et cum illa tota pos- 25
 sessione renumeraverat Petrum Prini rex Ioannes, cum quinque ar-
 cibus donaverat eum latronem Scariotem predictum Petrum, sed
 semper in odium habebat regem Ioannem, propter quod furarat et
 absconsaverat clam coronam angelicam absque scitu Petri Prini,
 quoniam ambo tenebant coronam angelicam in arce Vissegrad et
 quilibet habebat clavem cum arthe fabricatam.

Et tria articulum abebat Ioannes vaivoda, ut deberet sibi ar- 26
 ripere coronam angelicam peculiariter. Primo, quod totaliter iura-
 mentum fecerant ei Hungari magni et parvi tempore cruciferorum,
 quia uti erant inde magna in desperatione et ut post decessum

regis Ludovici ut ipse esset rex Ioannes vaivoda, et ita ipsum edocuit sua in se consilia, ut debet sibi prius coronam arripere. Secundo, ut regem iam Ludovicum quomodo debet exterminare de 27 mundo. 3io, per quem levius potest se ipsum coronari tempore necessitatis.

Et post hec talem hominem sibi constituerat, quod demum 28 intravit leve per illum hominem, sicut scriptum est superiori. Et in Patak mansimus sedecim diebus. Spectabat rex Ioannes aliquam 29 gentem ex parte Ferdinandi et audivimus, quod Ferdinandus rex de Strigonia per mandatum suum eligissent Ioannem Kocian adversus Ioannem regem, et tam celeriter cucurrit ad Agriam de Strigonia, secundo die ibi comparuerant sub Agria. Quod audivimus, 30 tremefacti fuimus, quia sic parabolabant: Vere, si Kocian intellectum non haberet de turba Ioannis regis, non audisset venire tam cito contra Ioannem regem.

Iste Pestenyi quasi erat satan, favens suam querebat apud 31 partes Ferdinandi et apud regem Ioannem et suspicabamus inter nos contra ipsum, quia erat tota anima sua ad Petrum Priny et ad Stephanum Bator. In tantum ewenerant Hungari sive inter 32 magnates sive inter nobiles, qui habebant duos masculos admodum sucrescentes, unum ordinare solebant ad Ferdinandi partem et ad partem Ioannis regis. Ita devenerant Hungari.

In finem de Patak ascendimus sub Wyhel in die dominico 33 Esto mihi in carnis privium. Rex habuit hospicium in claustro apud monachos et Franciscus Pestieni zalas ozto dominis et nobilibus in civitate. Pedites quidem castra metati erant, hayduccii et 34 Poloni eciam in campo castra metati erant, quia gens copiosa erat. In dominico die predicto mox erat venturus ad regem Ioannem Franciscus monachus Homonay et cum rege Ioanni erat consolatus tanquam cum fratre carnali. Et licenciam habens a rege in 35 quinta feria in quadragessima nocte exilivit et hospicium igne incenderat nocte ad regem fratrem suum. Et erat in civitate clamor magnus, ita quod pauper rex tremebat. Eciam in 3ia feria 36 hayducci nocte adversus Polonos propter uxores eorum impetum fecerant et ex utraque parte multa strates erat. Et ad regem multa querimonia attingebat regem Ioannem in Wyhel, atamen pedites mox obsederant arcem Wihel. Et erat Symon deak officialis intus. 37 Quod vidisset iam, quod preterierat supra quindecim dies, venit in illico litteratus Simon ad regem in sabato Oculi et dedit ei arcem Wihel. Et rex ei magnum ei pollicitus erat, ut faceret domi- 38 num eum, et fecerat et post ipsum multa precipiebat et demum ipsum eciam tradiderat et iuramentum fecit coram rege Ioanni, ut ipse rite et fideliter serviret regi.

Et rex movit se adversus Therebes. Et arcem Therebes te- 39 nebat Clemens deak. Interim venit unus huzar cum sex equis de alia parte Germanica et rex magno honore susceperat eum. Ego 40 quidem vidi eum ambulantem pro spacio inter turmas regiastatis scrutantem. Quod iam intellexisset regem non bene existentem in-

ter suas consiliatores, quod regem non bene ducerent, in exilium fecit nocte. Et rex, cum audisset, ait Emericum Cibak, quod de tali scrutatore curam non ageret. Ipse dixit: Numquid scio ego secreta cordis alieni. Et rex tavit.

Interim Gregorius Pestiény fecit mencionem de me, quod ego fuisset regi consiliarius pro Cibak, et valde me Cybak prophanavit. Et precium psalteri de Gregorio Pestiény rogabam, quod cantaveram pro filio suo Francisco Pestiény in Hwyhel, adhuc in carnis privium erat et in ecclesia sepultus est per me, quia pater eius nil curam adibebat, quamobrem ab infancia eum docebam.

41
Et interim venit unus legatus a rege Francie ad regem Ioannem. Et rex pauper nimium gaudebat quamobrem consolacionis et propter deffensionis, quia ancillam Francie regi Ioanni regi deputata erat, adhuc dum in Buda fueramus. Cumque pervenimus ad locum prepositure Misslen, et ibi descendit rex Ioannes et in tribus diebus ibi pernoctavimus.

Et interim fama venit regi Ioanni, quod Ioannes Kocian valde celeriter veniet adversus Ioannem regem. Ego dixi: Vere, quod si intellectum non haberet de acie Ioannis regis, non intenderet festinare. Hec dictum in dominico die Oculi post solennizacionem misse super mensam in prandio dicebam et dixerunt mihi cubiculari regiestatis: Unde scis hec talia dicere, quod tu nescis. Ego dixi: Dicitis, quod nescio? Vere scio et bene scio. Interdum accesserat ad nos Gregorius Pestiény, dixit mihi: Iam amitas tuam, pater Georgius, continuam stoliditatem, assiduam semper habes argumentacionem nobiscum. Et dixi: Noo, vos astuti et prudenti me dicitis esse semifatum, sed videbitis, quomodo fiet vobis. Dicens enim sese ipsos sapientes illi stulti facti sunt secundum apostolum ad Roma..

Et dixi eis, quod vidi recessum a nobis Gregorium Pestiény: Iam audeo vobis dicere de quattuor articulus, bene quilibet ex vobis ascultat verbis. Dixi, quod de quattuor articulis possum scire dare vobis. Primo, quod nonne in exilium fecit in Uyhel iste huzar, qui venerat de partibus Ferdinandi, id est, de thabor Kocian et perlustravit ibi regem. Secundo, quod ego ad hospicium domini Cybak accesseram et iam post cenam domini Emerici Cybak cenabant familia. Et ego in umbra crepisculo subaudiebam et dicebant sew parabolabant inter se: Iam omnes Hungari sunt iuxta dominum nostrum Cybak, sed iste bestia Radich cum Traciani non vult a rege Ioanne declinare, quod si ipse Radich vellet, possemus bestiam regem Ioannem perdere, quia iam gletam habet Cybak apud Ferdinandum et ipse diu seductus et corptus per diversa munera et per multas promissiones. Tium, iam nonne videtis post cenam ambatim sive binatim fabulantes et conspirantes susuro secreto, ubi quattuor, ubi sex et sic de singulis, que non pertinet ad humanam probitatem. Quarto, quod Cassovienses valde

bene intelligunt se ipsos contra regem Ioannem, quomodo ipsum delusserunt variis modiis, nonne cum thezauro Ioannis regis possunt adhortare Ioannem Koccian et Hungaros, quia Valentinus Therek est conCociano et Paulus Bakytt et sic de singulis, gens Prini Petri, gens Pauli archiepiscopi Strigoniensis.

Postea, cum audisset aproperantes Germani contra eum, non debuit Cassoviam obsedere, sed ad Scina properavimus ad opidulum. Et ibi disperse erant castra metati. Dum ego vidi, dixi Benedicto Boza: Non bene collocavit se rex, non sic optuerat castorem suum ordinare, vere non diligo. Ibi permansimus quattuor diebus et Radich ex parte Cassovie cum optima gente Tracianorum. Equali stature tanquam falkones erant, cum aproperabant Germani.

Iam ad unam miliaria contra nos distabant. In quinta feria ante dominicam Letare post cenam elegit Ludovicum Thomori in legacione ad Radich Tracianum, ut diceret ex mandato regi ut aptaret se ad pugnandum, id est, ad harch contra Ioannem Coccian et ut nocte iret. Dixit Lodovicus Thomori: Vere, domine rex, nescio Tracianam linguam, Georgius paph bene scit cum eis loqui ac parabolare. Et dixit mihi rex: Eas cum eo. Et iterum unum equum asellatum duxerunt et supersedi et equitavi cum eo. Et nesciebamus signum eorum et, cumque ad castorem Radich appropinquaremus, iam nocte erat. Et ztrasa eorum cucurrit velociter et dixit contra nos lingua Tracia: Ko ye thwo?, id est, Quis es tu? Ego dixi: Mi zmw, id est, Nos sumus a rege maiestate missi ad dominum Radich. Extunc erat vice belli ductor Tracianus et dixit ideomata lingua: Vere, si hoc voluerit Radich, sicut optimates Hungari, vere rex potest reiterare in natica matris sue. Et nos ivimus ad Radich cum signis suis loquelis et protullimus legacionem nostram de litencia regiastatis. Et precepit mox Radich catervis suis dicens: Zedlay, zedlai. Et nos mox retro versus fuimus iam in via. Lodovicus interrogare cepit: Quid rearguebat tecum iste Tracianus vice vaida? Ego possum dicere d. vestre, atamen non bonum dicebat. Dixit: Quid? Hoc dicebat, quod si Radich Bositt adhererit ad voluntatem eorum, extunc potest rex Ioannes intrare ad vlvam matris sue. Et intravimus ad regem sub pampilione sua et retullimus pro Radich legacionem maiestatis vestre. Et dixit Lodovicus Thomori: Iam dic, domine pater Georgi, eciam, quid intellexisti de ore Traciani vaiwode, quid dicebat. Si dico, est mirum. Ait rex: Nil verearis, dic. Et postea sibi eadem modo parabolavi. Et dixit rex: Tales latrones solent latrare.

Et mane in aurora cumque surreximus, extunc Radich cum acie sua retro graditur et ad locum castoratum suum recubavit cum tybiis suis sonantibus. Iam rex missam auditus erat et nos coram ipso astabamus. Dixit rex: Non diligo, quomodo iste Tracianus ambulavit in preceptis meis. Rex tremefactus erat et festinanter interrogatus fuit Radich, quamobrem quod tam cito reversurus est retrorsum. Et cursor missus erat a rege maiestatis sue.

Et Radich cursori ait regiestatis: Dic regi, videat se ipsum, quia hic iam veniunt Germani cum tota turma sua. Cursor referavit regi taliter anuntiacionem Radich. Rex pauper tacuit, quod omnes Hungari et Traciani per consilium Cybak fuissent destructi preter Polonorum et pedites hayduci Hungara pars.

Et Benedictus cubicularius in hospicio suo mox induit se in lorica et calcarem ad pedes eius non poterat Boza Benche supra ligare pre nimia barricione premedita. Ego quidem ante ipsum astabam et confortabam regem, sed quasi fatuum non exaudiebat neque interrogabat, quid esset facturus. Ego quidem inter vlgum publice intelligebam consilium contra maiestatem suam.

Extunc apparuerunt Germani cum turma sua supra nos in monticulo et pauper rex solus inceperit aciem suam ordinare, pedites haydunones et Polonos pedites et equites Polonos cum vexillis suis. Et erat vexillum eorum lividi coloris, id est, sarga. Radich quidem versus Cassoviam sub una silva amena tacebat. Cybak latro cum Ioanne Docy ad unam silvam currerunt et Michael Kis Vardai fecit se egrotum. Et hec opus erat in sexta feria ante dominicam Letare.

Et de castore extra iverunt ad locum expugnacionis. Decem et octo ingenia habebat rex Ioannes optimos et ibi amissi erant. Et precepit rex agazoni suo clam, ut in quadriga sua essent equi prompti ad trahendum curros. Et monachi Cherihones ante tercium diem equitaverant, qui erant cum rege tanquam sanguis sughe, qui non volebant confessionem audire cum autoritate papali absolvere gentem regi Ioanni. Et dicebant iustum bellum non esse verum regi Ioannis, tanquam erant scrutatores. Sed ipse longa viscera Stephanus Verbwchi fovebat apud regem, tanquam verres in atumno. Et me valde in odio habebant, quod ego senciebam sectam eorum nimiam, quod aliis inponebant gravia in humeris, ipsi quidem cum digito demonstrabant.

Et iam rex Ioannes astabat ad facie cum sua gente, quantum poterant contra adversus Germanos. Valentinus Therek cum vidisset gentem regis Ioannis, admirabatur. Dixit Ioanni Koccian: Vere, magnifice domine, non possumus resistere contra regem Ioanem, quia coposiam gentem habet, quam nos. Ioannes Koccian dixit Valentino: Ecce litteram inspicias, quid mihi nuntiaverunt Hungari optimates sui. Credas mihi, domine Valentine, quod media pars nobiscum non pugnabit, sed statim fugam dabunt. Dixit iterum Valentinus Turcus: Extunc non timemus, quia venerat ad me Rad ch ista transacta nocte et ego cum eo multa tractavi et cum ipso expedivi, quod et ipse non pugnabit nobiscum. Ergo nobis Deus altissimus concessit istam conflictionem.

Ego quidem inter pedites stabam accinto gladio super femore mei et communem confessionem coram peditibus pronuntiabam flexis genibus et valde cum fletu dicebam et confortabam. Et postea amisi eos cum benedictione sacerdotali mei, dum egrediebar versus castorem regiestatis. Extunc Vitez Calay unam fra-

meam habebat in manu sua de ligno fabricatam et sic a tergo cobeat gentem vi ad pugnandum cum lignea framea. Dixi ei: Domine, oportet facere. Dixit mihi: Ita, oporteret facere, si probi essemus. Ego dixi ad facie: Si ista via non eritis probi, nunquam deinceps eritis amplius perfecti. Et ego ad tabor cucurri, quia pecunias congregabam ab peditibus in sacram elemosinam. Erat decem florenos, quod ego in mantica mea constituebam. Ego rursum cucurri iterum ad turmas. Existimabam, quod aliquam predam rapere possem, credebam, quod nostra pars prevaleat. Sicut in Thocai, unum equum cum paratis hornamentis sui optinebam et in Casovia per octo florenos vendebam.

Cumque ad facie utraque pars bellicosi astarent, quattuor minimos pixides habebat rex et in primis sagitare fecerat rex ad Germanos et nullum, dicebant, ex eis tetigissent. Et postea inceperunt Alemani iam sagitare nos Hungaros et, ubi rex stabat in equo ultimo, peculiariter sagitaverant ad eum. Et recte ad regem Ioannem directa erat bombardam, sed Deo adiuvante preteriiit, sed iuxta se ipsum astabat thavernicus Andreas Zaz, ipsum pauperum contingit bombar et mox obdormivit in Domino, nescio, quia Lucterianus erat. Et postea iam rex direxit Polonum belli ductorem cum sua acie ac cum vexillo lividi colore et hayduci pedites clamaverunt tribus vicibus: Ihesus, Maria. Cumque pecierant Poloni ad ictum, extunc Radich cum sua gente Traciana, et erat ipsius vice vo voda Bosytt Farkas, mox inceperunt cum clangore vocibus: Hwro, hwro. Ego, cum hoc audivi, dixi: Vere, prenosticacio mea vera est iam. Cumque Germani spectassent contra eos Hungaricam partem, et dure perseverantes eos intuebam et non formidabant. Illico consideravi, quomodo scriptum, sicne esset. Et sic fuit.

Fugam dedit pauper rex, quadrigas suas sarcinatas dirigebat adversum Hymena. Qui potuerunt, iverunt, qui autem non. Ibi multi Poloni derelicti sunt in Zartos pallude et vidi multa corpora iacentia per fenera. Et una mulier Polanca vehebat unum infantem in vlnis suarum et erat valde gelidus dies cum tempore et infans sine coperimento clamans flebat.

Quod ego derelictus fueram, unam subam nowam habebam, preciosa erat, per duodecim florenos aureos in Catat obpone Strigoniense redempta erat. Ibi Germanica pars abstulerunt a me et insuper decem florenos, quas offerebant mihi hayduci in sacram elemosinam, et unum pileum, preciosa erat, quinque florenos et unum gladium bonum et magnum, preciosa erat, duos florenos. Atamen in mantica habebam adhuc indumenta nowa preparata, sed in curro ciriak posita erat et cum rege ducta erat ad Poloniam in opidulo Tharno.

Ego quidem in gelidis temporibus maximam rigoram perpressus fueram et equitavi ad Lelem prepositum. Et ipse dederat unam camisiam suam et unum calcium et unum florenum ad expensas. Et insuper ultra fluium Latorcha versus Capos super unum equum me ascensum explorare fecit cum uno iobavo suo. Extunc

ibi reperi parokum Paulum Nagh condam capellanum sodalem meum Lodovici regis. Ipse bonus vir dedit caliditatem, dedit comedere et bibere ad unam ebdomadam.

Inde Valentinus Turcus et Coccian cum magno triumpho equitaverunt ad Kassoviam et, cumque Cassovienses audentes, cum esset delussus ac percussus rex Ioannes proxime in opidulo Scina, Ioannem Cocianum cum subvelamento et Valentinum Therek duxerunt eos cum hymnis et canticis spiritualibus. Et domum in hospicium magnifici Turzonis dedicaverant ei et Valentinum Therek et ingenia regie maiestatis ad Kassoviam introduxerunt. Et erat una bombardarda, appellabatur Thar Margyt, et non valde grossa, sed mediocra erat. Postea cum illa ingenia inceperunt sagitare signum, id est, celt et unam ebdomam in civitate acubaverunt.

Inde rex Ioannes misit servum suum nomine Franciscum Capolnai de Homona ad Trinchen, ut ibi expediret arcem predictam a Germanis cum tota possessione sua. Et unus postea Turcus erat, Ioannes nominabatur, eciam illum mississet ad Turciam et ibi enodaret coram cesari Turcarum, quomodo tradidissent Hungari opimates naturalem suum fratrem et amicum. Et Ioannem Turcum remuneravit et sic absolutus erat a rege Ioanne erga Turcarum caesarem.

Postea de Hymena crevit se versus regnum Poloniam cum suis sequacibus et cum reliqua Polonorum. Et cum pervenisset sub alapes limitibus in una villa Rutenorum, ex illa reliqua Polonii volerunt petere lunaciones a regestatis. Rogabant et suas facultates proponebant quam astute. Et iste rex Ioannes eis neglexit dare eis, quia non habebat. Ipsi quidem hec obiciebant ei: Tamen octo curros habet vestra maiestas sarcinatos, impossibile, quod esset ibi thesaurum maiestatis vestre. Intellexit eorum libita, quod volebant ibi regem supra depredare curros suos sub quadrigas suas. Quid ei aliquid refectionem cocus prepararat, statim super equum iterum ascendens et ibi persolebat prandium. Hec cum vidisset belliductor Polonorum, quod communitas vellent aliquid mali facere et contra surgere Ioanni regi, mox incepit eos baculare et corripere de malis suis intencionibus.

Et sic rex pacifice ad Poloniam regni properaverat. Inprimis ad Kaminich, de Kaminich ad diem sabato ramis palmarum in Tarnovo et ibi cubavit octo mensibus, dum scribebant anno 1.5.28.

42

Inde nemppe de Scina Emericus Cybak traditor princeps cum suis paribus equitavit in Varadinum ad episcopatum suum, ubi pollicitus erat in Strigonie, si rex ei daret presulitatem Varadiensem; extunc in sacro ordine sacerdotali intraret. Absit. Demum divus rex sacer Ladislaus, qui est efficax, non concessarat ei demum pacifice perfrui, sed male demum gustavit amarissimo poculo, de quibus ad futurum scietis. In Tocai et in Scina tali modo latro fecerat cum rege Ioanne et tam crassam lanceam habebat in

prandio et in cena, quod unus alter alterum non potuit videre de culmine assatis. Iste Hungarus tam vorax erat, quod in prandio de 4
sedecem pullos asatos percomedere solebat octo, interdum decem et unum assatum agnellum vidi per se ipsum consumentem.

Iam ego hospitabam in Capos apud parocum Paulum. Ex- 5
tunc miserunt Casovienses exactores ad Ungvar in nomine Ioanni Koccian, quare dedissent unam massam pondi monetas preparatas de Ioanne regis ad gentes Germanicas et ad Hungaros milites, quod renumeraverant eos Cassovienses, Ioannem Horwat, Martinum Polanka. Cumque me aspexissent, illico admirantes et inter- 6
rogaverant me, si ibi moram haberem. Ego dixit: Hic habeo. Dixerunt: Vere, si sciremus, quod hic moram non haberes, statim ad quadrigam supra poneremus et ad Cassoviam te destinaremus. Ex- 7
tunc unus adolescens stetit coram eorum, incepit accusare me incipiens: Vere vidi, domini mei, istum sacerdotem coram peditibus regie maiestatis in Scina astantem et communem confessionem dicentem ante haydukones et confortabat eos et tribus vicibus clangore magno dicens: Ihesus, Maria, et sic ad manus dabant comparaciones. Ego quidem ad truffandum accipiebam. Invicem supra 8
mensam conspiracionem fecerunt et ipsi surrexerunt et ad civitatem iverunt, ut iam mihi quadrigam prepararent adversus Cassoviam. Mihi quidem non nemppe complacebat. Ego quasi ad necessitatem pro spacio ad ortum et de ortu, iam mane erat, festino anhelo cucuri ad Hungwar. Atamen duo miliaria magna erat et summam missam tempeste ibi steti.

Et tunc Deo adiuvante Gotthartum Kwn ibi reperi et Ioannem 10
Docy et Nicolaum litteratum Kerwsi. Iterum gratulabundus eram et dixerunt: Pater Georgi, quare es lividi coloris, quasi homicida? Dixi: Non sum. Sed dixi eis, quomodo accidisset in Ca- 11
pos exactoribus de Cassoviensi, sicut scriptum est. Et dixerunt: Vere in magna fortunitate fuisti. Et ibi perseveravi usque ad resurrectionem Domini in Hungwar et post pasce cum Ioanne Docy peragravi post regem Ioannem ad regnum Polonie in Tarnowo. Et 12
rex pauper, cum vidisset, dixit: Cur venisti post me, pater Georgi?, melius potuisti me exspectare in Hungwar. Extunc ibi astabat Gregorius 13
Pestieni et dixit: Bene venit pater Georgius, quia multi sumus, rex clementissime, absque confessione, quoniam non habuimus confessorem ideomata lingua nostra Hungarica. Et precepit rex, ut confessionem audiam.

Hic iam queritur, utrum potuissem audire eos aut non. Potuissem, quia eodem tempore non erant plenarie Lutteriani. Et post decessum Ludovici regis Ioannes vaivoda erat unctus in regem Hungari. Tercio, quod iustum bellum abuimus, quia publice non prebebat se ipsum cum cesare Turcarum adhuc. Quarto, scriptum 15
est, quicumque vult ad baptismum, confessiones, non potest sese denegare sancta mater ecclesia benevolenti, quia non est distinctio inter Grecos et Iudeos, quicumque vult venire ad reconciliacionem anime sue per penitenciam. Quia ait divus Agustinus: O 16

homo, non possum te salvare sine te, atamen creavi sine te. Et preparavi me ipsum ad audiendum confitentes, inter quos discernavi inter lepram et sine lepram, id est, in mortali peccato et in veniale peccato, in qua vlnere magna et in vlnere minima. Et quinto, quod sacerdotali continencie sacra appositus eram, et sic de singulis.

Inde quidem venit fama ad regem Ioannem, quod de Kassovia profectus fuisset Coctian Ioannes sub Trenchen arcem obsidere cum Germanis et Franciscus Capolnai fecisset se ipsum egrotum et de arce Trinchin peragrasset. Et erat unus scolasticus nomine Michael Puich. Et Coctian vidit et intellexit, quod vir bellicosus non esset, sed aliquis efeminatus vir esset. Destinavit legatum cum numeribus et intromisit legatum Germanorum cum verbis favoris et cum adulatione, ut daret arcem et Ferdinandus rex esset ei graciosus dominus et insuper, ubi vellet, nobilitatem possessionis cum ducentibus iobagionibus. Michael deak in corde suo gratulabatur et in prandio bene tractavit legatum Alemanorum. Inter colloquiis dixit legatus Germanorum, non, quod occupasset arcem penitus a rege Ioanne, sed melius vlt servire sibi. Admodum erat illa prevaricacio arce Trinchiniensis, sicut cesar Turcarum Nandoralbam a Blasco et a Ioanne Morgay. Demum, quod vellet Coctian servire Ioanni regi. Michael deak mox adsiit verbis favorabilibus et promissionibus et statuit sic: Quod ad quindecimum quod si me non protegite meus rex Ioannes, extunc dabo arcem, sed dic domino Coctian, quod debet sagitare et ad impetum ire contra arcem. Et sic iam paraverunt sertam ad caput.

Et erat in arce Paulus heremita iacens Budensis. sub una botta cum uno heremita et unus adolescens tercius. Unus rusticus estuati erat per ignem, de pixide igneam laptam de bombardis sagitassent de exteriori. Quod crimassent, tam in forti loco erat, causa fuit coram altissimo Deo, quod, quando apropinquabat pasca et post pasca secunda feria, 3ia feria, quarta feria, per singulos propter peregrinationem multa stupa lascive faciebant per cavernas nemoris bestiales virgines, castas mulieres incontinencis sive ingurati sive religiosi. Propterea Deus noluit amplius cum servo suo Paulo heremita, ut occasionem suam haberet coram Deo.

Et venerat nunccius ad Tarnowo de Thrichin et sic taliter fabulabat regie maiestatis et ut daret gentem fortem, ut expediret arcem suam Trinchim, quia iam non posset tenere plus quam duos mensibus, a die anuociacionis virginis Marie usque ad ascensionis Domini. Et rex Ioannes relacionem fecit precursori Michaeli deak, ut nequam concedat eis arcem Trinchiniensem, sed ad caput frangere debeat, donec potest se ipsum latitare de angulo ad angulum. Et sic observat cursor reiterans se iterum ad Trinchin. Et interrogavit Michael deak, quod si expensas rex Ioannes destinavit aut non et vltne protegere arcem Trinchin aut non. Dixit precursor: Neque expensas neque defendere vlt, sed precepit, ut ad caput tuum supra fragatur et usque ad mortem non detur ei. Vic-

tum satis habet et expensas a colonis possessione. Et una ebdomada integra non fuit, quod concusserat ad manus Michael dyak ad manus Koccian. Postea venerat Michael dyak ad dominum³¹ suum demum ad Tarnowo. Quod nos vidimus talem esse defensorem militem, quilibet spuebat eum. Non sua vicia, sed domini sui erat, quod talem arcem cum provincia sua tradidissent.

Et insuper venit ad regem de parte Hungarorum unus vir³² adolescens. Et rex interrogare cepit eum, quidnam dicerent de ipso rege Ioanni in Hungaria partes Germanorum. Dixit vir ille: Vere, domine mi graciose rex, audivi dicentem ab ore ipsius Stephani Bator, quod Ioannes Zapulay ad studium ivit ad studium collegi Craccoviensis. Et insuper abhominavit vinum Hungaricalem, sed³³ melius desideravit bibere cervisiam, quam vinum. Dixit rex: Veni ad studium Craccoviense, iam tot scienciam capui, quod possum intrare rursus ad Budam Hungarorum per artem meam, et iam quanta chervisiam perbibere, feces earum volo sub eis ponere.

Interim venit Iacobus Thornai ad Tharnowo ad Ioannem³⁴ regem, quod aliquas expensas portavisset regi, sed modicum.

Interdum venerat unus albus monachus heremita, quasi scrutor.³⁵ Incepit diligere rex Ioannes. Dixi ego cubicularis: Ego miror, quod rex Ioannes magnum pectavit contra tales religiosos iuxta Ladon claustrum, quod fixerare preceperat ad mortem Laurentium heremitam. Vere, vere, quod mihi consciencia mordet mihi,³⁶ quod iste monachus albus demum non refocillaret vindicose mortem fratris sui iuxta claustrum Ladon. Franciscus Keressi audiens³⁷ hec verba mea: Sile tu, pater, quid tu scis?, quoniam ipse monachus fuit huzar tempore vaivodatu suo, cum sex equis sex annis servivit ei. Ego dixi: In illo tempore fuit fidelis secundum³⁸ more militaribus, atamen nunc est professus in religione suarum inter heremitarum. Tunc hec mea disputacio sonuerat in auribus regis. Extunc ita ferventer nolebat rex iam cum eo assidue parabolare. Video iam monachum sepiissime grande suspirantem. Me secrete in uno cubiculo invitavit ac rogavit, quid deberet iam ipse³⁹ facere. Dixi ego sibi: Nescio, non intelligo intencionem voluntatis paternitati vestre. Dixit: Non video me ipsum apud regem benevolentiam suam erga me, sed volo reitare ad claustrum residere. Ego dixi sibi: Quid tu queris in claustro? Bene scit iam vestra⁴¹ paternitas, quod iam claustra sunt multa desolata per Turcarum cesarem, scire videlicet, in Cabol claustrum desolatum reperies, Futagh in opido, in opido Bamonstra, in opido Wylak, in opido Attya et in circuitu Bude claustra multa desolate sedent et sic de singulis. Sed, si potes servire fideliter regni Hungarie et regi Io⁴² anni, debes servire. Et hec erat in mense Maii in die Ioannis ante portam Latinam idem 1.5.28.

Et rex vidit se ipsum valde oprimentem. Cito elegit unum Polonum nobilem versus ad ducem Saxonie, ut, si potesth venire, veniat ad auxilium mei quam peroptime cum bellicosa arthe tua veniat et, quod iustum fuerit, mensionariam dem tibi et persolvam

bene. Istam relacionem nobilis Polonus sumens cum resumpto⁴⁴ animo cicuis cucurrit versus ad ducem Saxonie, quia latrones scrutatores Ferdinandi crebre solebant incendere per ignem civitatem Tarnowo.

Et Iacobus Tornai intentus erat versus Cheztakowo indul⁴⁵ gentiam consequere ad imaginem beate Marie virginis et cum eo multi iuvenes curiarum. Atamen iam ego reversus eram de indulgentiarum Chestakowo et ego inprimis in itineribus meis audi⁴⁶ eram de paroko uno in Sarki, quomodo fuit rex Ludovicus obitus per manus Georgii Zepusiensis, sicut scriptum est ut supra. Iacobus equitavit Thornai et me rogaverat, ut ipsum ego hic in⁴⁷ Crakowo prestolarem adventum suum. Et venit quarto die ad civitatem Crakowo et in hospicio suo septem adolescentes, qui cum eo erant indulgentiam imitantes ex curia regiestate. Erat sexta⁴⁸ feria et magnum luceum unum ementem decoquere fecerunt more Hungaricali ad cenam et alia cibaria ieiunia et hornaverant unam mensam et sederunt laute. Et interim cocus Iacobi Tornai porta⁴⁹ vit ferculum supra ad mensam sternentem et incepterunt comedere. Et inter hec venit una mulier genera linguarum sciens et garrulose inceptit fabulare sew paralogizare lingua Hungarica. Ego quidem pauper miserimus et egrinus astabam retrorsum, quod me noluerunt alicere vescere. Postea resedi in umbra loco. Et illa wlcana valde adolescentes Hungaros collaudabat, quod unum su⁵⁰ crescentem non daret Hungarum super decem Polonos. Et comedebat, recenter bibebat, quasi per cognacionem meam plena erat olfacto pestiferis. Quod iam absoluta erat cena eorum, iam tarde erant ad noctem et dixerunt: Ubi dormiamus? Ipsa astuta bestia⁵² dixit: Ego dispono in celario lectum propter frigorem, quia hicextra est calor maximus. Et ipsa wlcana cepit lettilia rogare, quamobrem essent pro ea fratres et terrigene, disposuit lectum pro sex iuvenibus et septimus neglexit ibi dormire et alii requierunt ad mane. Cumque surrexissent et apparebant in facie tanquam⁵³ morticini aut deformes, dixi ego eis: Domini mei, velud essetis imago mortis. Quidam luceum magnum, que comedistis in cena et bibistis vinum, verum quidem, quod esset melius ad valetudinem, quam ad firmitatem. Et venerunt ad Tharnowo pleni pestiferentem. Post ebdomadam unam incepterunt postea debiles esse et iam ad confessionem hortare ceperunt me, ut exaudiam eos. Post⁵⁵ ea sepelivi prius Nicolaum de Transsilvania, erat regi miles, secundum Gregorium Mohai, 3ium Andream litteratum, socium eius Stephanum Matusnai, atamen mihi supplicarat in agonia, ut Deum omnipotentem pro eo obsecrarem in sacris precibus, et impetravi sibi per bonos religiosos valetudinem. Et hec erat in mense Augusti. Et rex tremebat de peste.

Et interim venit precursor a duce Saxonie et dixit regiesta⁵⁷ tis relacionem et insuper epistolam scribentem et allavit in manibus suis. Quod audisset rex et intellexisset epistolam eorum ducibus Saxonie, quod velent venire duodecim milia armigerorum⁵⁸

et cum tota acie eorum Aleni ad adiuvandum iuxta regem Ioan-
nem, et tot sommarum gentibus mitat quadraginta milia de auro
ad locum Poznanie ad festum assumcionis Marie. Et ibi prepa- 59
rati expectemus. Rex Ioannes nesciebat, quomodo debet eligere
illam bellicosam pecuniam, sed fratrem Georgium heremitam et
Gregorium Pestieni et unum canonicum Michaellem de Thard et
me Georgium capellanum elegerunt ad unum magnum currum et
equitavimus ad Crakovo. Ego nescivi, nocte illum magnum cur- 60
rum sarcinaverant cum aliqua grava pondera. Et ambo valde mane
surreximus et paulatim ad Tarnowo una die in die vincula Petri.
Et in hospicio regi Ioanni ad unam bottam portaverant Horozones. 61
Et illi predicti duo homines portaverant ad competentem diem et
venerunt cicius retrorsum ad Tharnowo. Rex interrogaverat eos, si
viderunt ibi ducem Saxonie. Ipsi dixerunt: Nos neminem vidimus.
Et nos interrogavimus et iudex dixit Poznanie, quod non compa- 62
ruerunt et pecuniam ibi amissimus. Audivimus postea, quod in
itinere essent. Cumque pervenissent ad Slesinam, Georgius Ma-
koviensis et omnes optimates Slesitarum surrexerant contra eos,
ut ne possent venire ad adiuvandum Ioanni rege. Et castra me- 63
tati cum essent contra eos Saxanibus, illi mox eciam contra ste-
tissent et utraqua parte irruentes ad conflictum et percusserant
Slesiasticos et cum magna triumpho iam fuissent et civitatem Alo-
moch occupaverant et super civitatem acceperant decem et octo
milia markas. Etiam episcopum captivum ducebant cum eis ad- 64
versus Poloniam circa Ioannem regem. Et illa quadraginta milia
marcas dederunt iam ad manus ducorum Saxonibus et nos valde
expectabamus eos letanter, tanquam patres et prophete in limbo.
Et dicebant: Ecce venient. Hic fuerunt in una ebdomada et regem 65
animabant.

Isti Poloni super regem multa commoda accipiebant per ne- 66
phas. De festo assumcionis spectavimus usque ad festum Michaelis
archangelis. Postea statim iterum 3io precursorem misit post ip-
sos. Cumque pervenisset eos precursor, iam iam divertebant ad 67
propria, gaudebant cum triumpho, quod tot commodum optinuis-
sent super Almoecienses et super Slesitarum, 3io super thesaurum
Ioannis regis. Et illum permiserunt ad propria sua ire sub duo 68
milia marcas pro redempcione sua: hic iam quarttus articulus uti-
litalis eorum. Et precursor iam 3ius contullit litteras regis Ioannis
ad manus eorum. Cumque perlegissent epistolas registatis, quod 69
sonaret contra fidem eorum, mox ipsi responderunt et dixerunt:
Diw fuissemus iam in Buda, non scripsisset nobis. Ait precursor:
Non credatis, quia sua maiestas exspectavit et spectat tanquam 70
patres et prophete in limbo. Et e converso mox ipsi epistolam re-
gis Ioannis capientes in manibus suis et dederunt in manu pre-
cursoris. Quod legisset et intellexisset, mirabatur. Dixit precursor:
Nil mihi plus donum specto a vobis, solumodo ipsam epistolam, 71
ut aferam ad regem maiestatem. Ipsi neglexerunt dare, precursor-
rem renumerant, id est, donaverant et relacionem fecerunt tali mo-

do: iam nos non possumus bellicosam turmam habere, quia iam tempus iemalis advenit atumnus, ergo abiit tempus, recessit estas. Sed ad futurum annum iam pervenire possumus, libenti animo volumus servire regiestatis sue, in mense Aprili bonum erit bellare. Et venerat precursor ad Tarnowo et sic precursor legacionem suam declaraverat de ponto ad pontum et rex audiens et nos illico magno errore dubietatis fuimus. Pauper rex non poterat intelligere hanc epistolam per practicam, unde fuisset.

Iam rex magno merore doloris erat in dies et iterum Ioannem Fekethe rex vocare fecit de hospicio suo. Dixit ei: Ioannes Fekethe, statim, statim sine mora curre ad Turcarum cesarem, quia iam nequaquam possum abire Turcum cesarem. Et Ioannes Fekethe Hungarus parvus, Sciticus, in facie nigri coloris et valde astutus in rusticitate sua, quia rudis est, id est, scitu littere, atamen vigilans et blandus in sermone. Et statim diversit se iterum.

Post viginti diebus iam fueramus in arce contra pestem idem iuxta civitatem Tarnowo et rex Ioannes intrinsecus erat in magna tristicie doloris flens et eiwlans. No, ego habui illam pecuniam tantum ad globulos. Ioannes Fekethe quod iam venisset cum uno Turco nomine Mehmet et erat ille Turcus personaliter ad modum, sicut Ioannes Fekethe, et sciebat bene Hungariter loqui. Cumque vidisset rex Turcum cum Ioanne Nigro, mox gavisus erat. Et preceperat rex sibi presentare arcum cum sagitis ad manus suas et cepit pro spacio sagitare extra arcem et nos cum eo catervatim. Turcus veniens cum Petro Petrovyt et cum eis Ioannes Niger. Et ait Turcus regi: Quid tristamini? quid hic vestra maiestas vagabundat? cur non pereclitabis ad regnum tuum Hungarie? nonne non debes venire adversus Hungariam? nam frater tuus fideiusor tibi pollicitus est et me destinavit ad te, ut quidquid agis hic. Ecce demus et mitemus tibi adiuandum quinquaginta milia Turcarum huc ad Polloniam et veniunt statim. Hec verba domini erat publice loquenda ab ore Mehmet predicto.

Erat quidem de Crakovia unus egregius Polonus astans hec audiens: Ve nobis extunc Polonorum, si ita fiet, quomodo loquitur iste Turcus. Ille Polonus cucurrit cicius ad regem Polonorum in Litwa, quia rex Sigismundus de Krakovia in exilium fecerat coram rege Ioanne, ut audierat, quod percussus erat Ioannes rex in Scina iuxta opidulum per Germanos, eciam cum audisset eum regem Ioannem currentem ad regnum Polonie propter hoc, quia hic iam rex Sigimundus favebat Alemanis propter voxorem suam Germanicam. Et ille Polonus egregius cepit coram rege Sigismundo pronuntiare verba Mehmetis predictis. Insuper rex Ioannes cepit amarissimis verbis querelam suam enodare Turco, quomodo deceptus fuisset per Germanos et per Hungaros, Saxoniorum ducem per unam practicam epistolam sub nomine suo scribentem et quadraginta milia marcas de puro auro abstulisse a manibus suis per fictam fidem suarum. Hec cum audiens rex Sigismundus precepit statim egregio Polono, ut scirent et investigarent in civitate Cra-

koviensi et alibi eciam similiter. Et ista verba tali modo proferebat Turco cum maximis querulosis verbis. Dixit Turcus: Ergo 85
Deus vester irascitur super vos propter iusticiam suam, quod sub planta pedibus vestris conculcastis.

Et rex Ioannes crevit se de arce Tharnochky ad Pilizno et, 86
cumque ad Pilozno opidulum pernoctare volebat, mox hospicium domi erat incensa per ignem super regem Ioannem per aliquos scrutatores et statim eciam extinxerunt. Et quadrigas registatis 86
truderant omnes ad cimiterium et ibi solus requievit ibi in cimiterio. Mane surgens ad unam villam Logam equitavit et ibi requiebat octos dies. Et post octo dies venimus ad opidulum ad Striso et ibi mansit rex quattuor dies.

Iam eamus ad praticos, qui composuerant epistolam fictam 87
sub nomine Ioannis circa gentem versus ducem Saxoniorum. Quod 88
iam audissent Ioannem regem in Striso, enodaverant Polono regi per predictum inquisitorem egregium nobilem ad Littwaniam Sigismundo regi, quod per reginam Polonorum et per eodem tempore palatinum Crakoviensem ambo tantum in consilio eorum accepturi erant, ut quomodo poterent ewitare gentem suam Ioannis regis apreciatam iam, ut ne venirent ad auxilium Ioannis regis. Eadem forma erat mirabilis. Quia, fratres carissimi, erat an- 89
cilla Germanica soror Ferdinandi regis et post decessum Anne regine filia Hedvigam optimam et istam ancillam valde in odio habebat regina Germanica, in tantum adeo, quod Ioanni regi erat de sorore sua Anne nata. Et ista valde optabat videre awnculum 90
suum Ioannem regem et coatte die noctuque ore sua deprecabatur Deum et eiusdem genitricem pro awnculo suo rege Ioanne. Et ista regina Bona Germanica erat iam noverca mater pro ancille Anne regine post decessam eam. Regina non dilegebat sororem Ioannis 91
regis, atamen generaverat rex Sigimundus. Quod hec audiens rex Ioannes mox preceperat sorori Hedvigis sue, ut iret ad possessionem suam, ut nequaquam cum ea permaneat. Et cum soror Ioan- 92
nis regis et filia Sigimundi regis venerat de Crakovia sorora sua ad unum opidulum suam de arce, et residebat in possessione sua et libenter vellebat venire ad vunculum suum regem Ioannem. Sed 93
rex Ioannes nequaquam voluit propter erubescenciam dedecoris sue, quod ignomiam sumsisset ab optimates Hungarorum et fuisset in discolorizatione. Et ista soror eius ancilla Sigimundi regis donaverat 94
ei gentem sexcenta pedites et quattuor centa equites ad adiuvandum vnculo suo ac ad protectionem capiti sui, quod deceptus fuisset frater suus Ioannes rex per ducem Saxoniorum.

Iam quod fuisset ancilla exclusa per reginam regis Sigimundi 95
Alemantica ambo, et ecce practica astucionis. Accipiebant sew re- 96
periebant donacionem suam sigillam epistolam et introvocaverant unum aurifabrum ad arcem et aurifabro dederunt ad manus eius sigillatam epistolam Ioannis regis et dixerunt ei, ut statim ponat ad circallum et statim excullpatum esset sew cideret, mandaverat regina cum palatino. Et ille aurifaber capiens in manus suas fi- 97

guram sigillis cisit per stanum aut per lowem et sub sigillo iam
 pargamenum dedissent ad manus notario regine. Et scripsit hec
 ad gentem Saxonie ducis. ut ne venirent, donec Ioannes rex nunc-
 ciaret ac preciperet. Et cito de uno veridario dederunt ad manus 98
 litteram sigillo pendentem, qui eciam linguam Hungaricam sciebat,
 et sic currit cum resumpto animo et allavit ad manus veridarius
 ad ducem epistolam predictam scriptam. Et sic neglexerunt venire 99
 ad auxilium registatis Ioannis. Ipsi nebolones nesciebant finem,
 quid eweniet demum. Et sic velle nolle Turcum apreciaverat rex
 Ioannes.

43

Et iam de Striso opidulo venimus sub alapem ad Crasna. 1
 Rex noluit ire, propter quod Germani sunt in illa civitate. Attamen
 iocunde spectabant eum propter comodum eorum, quia iam tre-
 mebat, quod in Pizno hospicium suum incenderant. Sub alapem 2
 ibi pernoctavit rex iuxta unum opidulum et in die profesto beati
 Demetri martiris mane surgens et citra alapem venimus difficile
 postea ad unam villam possessionem Francisci Homonay. Et illi 3
 villani valde timebant a rege Ioanne, ettenim illi volebant depre-
 dare in via sua, quando intrabat ad Poloniam. Sed rex nuncia-
 verat eis, ut ne premeditarent ab eo, et sic pauperes, quidquid po-
 tuerunt, munera obtullerunt ei unum bovem et sex agnellos ad co-
 quinam suam.

Et iste cancellarius Stephanus Verbwchi iam perdiderat astu- 4
 ciam suam, nesciebat quidquam regi Ioanni dare consilium, qui
 nunquam fuit bellicosus et tanquam longa viscera erat. Et quan- 5
 do in Tharno fueramus, semper flebat in ecclesia, quod ita am-
 bulasset et expulsus erat de Hungaria. Et iam desperatus erat ad-
 huc in Tarnowo et rex semper ridebat eum et unum destinabat ad
 tergendum oculorum suorum. Rex Ioannes dicebat: Ego perdi 6
 multa possessiones cum thezauro copiosa, equidem non possum
 flere. Sed semper fuimus leti in octo mensibus.

Sed venimus in die festo Demetri martiris ad Brod villam 7
 Francisci Homonai. Ei ibi pernoctavimus et tres vasa vini desti-
 nabat Franciscus Hymenensis fratri suo Ioanni regis. Et ibi valde 8
 ebrii erant Polonica gens a vino, quia non consueverant, et dice-
 bant, quod multum humulum apposuissent Hungari ad cervisiam,
 et aliqui dicebant: Bonum est iste liquor. Et venimus in profesto 9
 Symonis et Iude et ibi rex festum sollenizavit apostolorum predi-
 torum. Et interim multi hayduci venerunt ad regem Ioannem, op- 10
 timi viri pedites et gaudebant regi Ioanni valde et wlgus dicebat
 esse rex eorum Ioannes. Ipsi pauperes corde perfecto dimicabant
 iuxta regem Ioannem, in quibus poterant secundum posse eorum.

Interim eciam soror Ioannis regis condam relicta Ioannis Ho- 11
 monai vocare fecit ipsa regem sursum ad arcem lezenw. Petrowit
 Petrus me interrogavit dicens: Ecce, domine pater Georgi, soror
 registatis supra vocat ad arcem. Ego dixi: Non eat, propter Deum 12

rogo vestram d., quia antiquo dierum tempore Ioannis vaywode de Hwnyad, qui erat gubernator tocius regni Hungarie et qui erat pater Mathie regis. Tempore illo erat quidem magnificus in Hungaria 13 Georgius Niger et erat eodem tempore exul de regno Hungarie et exiliaverat ad Turciam ad cesarem regnante palatini Nicolai regis Boznensis. Et iste Georgius Niger erat, fertur dixisse, magnus statura ac strenuus in milicia. Et sepiissime iam solebat adversus Hungaros debellare et multa predia ac inter fluuos Marusium et inter Cresium utraque fluii iam ceperat depredare Hungaros, quia cesar Turcus dederat sub se multas gentes Ismaelitas, ita quod adeo nemo poterat ei obstare. Semel quod venerat cum turma magna 15 ad Hungariam quasi iam pro spacio, usque prope Gywlam castra metatus erat Mezw Megier et inter Gherla. Eodem tempore Ioannes Hunyad vayvoda erat in Lippa et ibi iuxta civitatem ordinabat locum claustrum pro heremitis et ortum eis plantabat arbores et seminabat quasi Aprili. Et erat soror Georgi Nigri in arce Gywla 16 residenda et postulabat Ioannem Hunyad, ut veniret contra latronem germanum meum Georgium Fekethe, quia wilt me de arce Gywla eripere et me secum ducere ad Turciam. Quod hec audiens 17 Ioannes Hunyad responsum a precursore domine Gywlensis, hec dixit precursori relicte domine Gywlensis: Cito et dic domine relicte Gywlensis, nil timeat ab eo latrone. Consilium meum, ut statim 18 faventissima verba ipsum confortat, ut ipsa ibit cum eo, quod iam decrevisset in se ipsa domina ire cum eo, et faciat invitare ad arcem ad prandium et statim statuatur optimos milites perfectos sub absconso loco pedites. Cumque intraverit ad arcem, mox post ipsum portam arcis sursum trahant cito, quia, quod si senserit esse ipsum deceptum, vix potestis de ipso ewadere pacifice, quia cum pari numero ibi ipse ad prandium si ibit, sed caterwa sua extra recludetur, ut sint pauci cum eo. Atamen ut sitis parati, quia mox ipse pugnabit vobiscum. Et inde statim apparatus ero cum gente 20 mea, quantum possum, quia castor meus est in Transilvania, non possum gentem copiose habere. Et relacionem retullit precursori domine Gywlensi et mox precursor occurrit et tali modo referavit relacionem domine sue. Ipsa domina relicta arce Gywlensi erat astuta et mox statim precursorem fecit noviter fidem suam ad iuramentum deponere precursorem, ut sit perfectus in legacione sua ac roboratus. Et illum precursorem destinavit ad Georgium Zerechen 22 tanquam ad fratrem charissimum unicum: Quod iam me ipsa decevi, ut tecum volo egredere ad Turciam, quia hic me valde invident optimates Hungari. Et, quidquid possis, fac et cum magno 23 triumpho possumus pergere ad regnum Turcie. Sed veni ad me, quam cicius possis, arcem occupandam, postquam convivium faciam et post convivium fac, quid vis facere. Et tali modo precursor referavit Georgio Zerechen, quod cumque audisset Georgius Zerechen, ilico gratulatus fuit, cepit intro vocare vaywodas Turcas sub papilione sua ad consilium et venerunt vaywode et Georgius Zerechen incepit coram vaywodas proferre illam relacio-

nem sororis de arce Gywla, quod invitasset ipsum ad convivium ad tercium diem cum vaiwodis, ut quem wilt, et veniet nobiscum nostra ad Turciam et volumus pulcras gentes vehere ad Turciam et habebimus magnum lucrum. Quod hec audissent vaywode Tur-²⁵ carum, valde gavisi erant, quidam ex eis non esse bonum. Post hec misit precursorem ad sororem suam dicens: Dic sorori mee, quod laute exspectat me cum vaywodis meis. Et ipsa mox, quod re-²⁶ tullisset precursor relacionem domine sue, ut iam veniret ad prandium et ad arcem occuppandam. Misit nocte illum precursorem ad loannem vaywodam Hwnyad, quod iam pollicitus esset venire ad convivium Georgius Zerechen. Et mox Ioannes Hwnyad statim²⁷ nunciavit per provincias, ut statim veniret cum arma bellica ad locum Lippa et equitibus et cum peditibus. Interim ad convivium sororis incepit se preparare hornamentaliter, sicut decet militi. Alii²⁸ quidem vaywode recusaverunt cumire ad prandium, alii vero cum numero vaywode iwerunt. Quia ille latro erat unus Achilles, confi-²⁹ debat in lacertis suis fortis et confortabat Turcos, quod, si vellent familia sua sororis mei, nil premeditare valeamus ab eis. Quod²⁹ cumque intrasset cum vayvodis suis, mox sursum traxerunt ianuam arcis et mox Georgius incepit festinare ad portam. Ita refertur dixisse, quod iam omnes satrapas prostravisset ad terram et porticellam arcis iam inceperat secare cum sua caterwa. Et ducenta³⁰ viri, qui in latibulo subaudiebant, cicius occurrerunt adversum Georgium Zerechen. Et postea ipsum cum de pixidibus sagitassent eum in caput, et sic dedit casum ad terram et post hec omnes vay-³¹ wodos ad terram prostraverant. Et inde, quod audissent Turci, quod principaliter esset Hungarus prebigh, id est, fugitivus mortuus in arce Gywla, quia principaliter erat in Chaba papilio sua. Inde post hec consequabatur eos Ioannes Hwnyad de Lippa, pauci³² ewadere potuerunt ad Turciam. Ergo, domine Petre, dico tibi, quod rex Ioannes nonne ita ambulare ceperit, sed dic ei, ut ne eat sur-³² sum ad arcem lezenew eat, sed domina veniat ad eum regem soror sua, quia Ioannes rex foret tocius regni Hungarie proditor. Et³³ ipse solus non negat, ubi dicit: Quod si demones possum contra hostes meos portare de inferno, vere portare volo.

Et portaverat, que demum perlegere possumus. Et sic do-³⁴ mina venerat soror registatis ad viam publicam et rex cum ea multa fabulaverat, plus quam tres horas.

Et rex movit se. Eodem die pernoctavimus in Nagh Mihal³⁵ et de Nagh Michal peccit rex Ioannes eodem die in Hungwar, at-³⁵ tamen gens sua per tres dies venerat ad regem in Hungwar. Fue-³⁵ ramus multi et de Hungwar ad Kis Warda adiem omnium sanctorum. De Kis Warda venimus ad Calo, ibi rex pernoctaverat apud³⁶ Vitez Calay. Et mane surrexit rex, iterum venit ad Debrechen, et³⁶ rursus descendit ad hospicium suum Kardosne et ibi rex requie-³⁶ rat unam ebdomadam.

De regno Polonie nullus barro fuit. Hungarus preter Grego-
 rium Pestiény Stephanus Verbwchy, monachus Franciscus et Ge-
 orgius abbas chontifilu, quem pauperem demum ad quattuor partes
 ciderat, in Buda prius capite privatus erat et postea dipartitus
 erat ad quatuor partes. Indigne fecerant super eum et propter hoc
 Deus altissimus non adiuavit in vita sua neque nullam prosperi-
 tatem donaverat sibi, sicut episcopum Ioannem Goztoni Transill-
 vaniensem et illum heremitam proxime claustrum Ladon, qui erat
 et ipse in sacris. Quartus articl., quod Thomam Bosnak in pro-
 festo visitacionis Marie submergere fecerat, similiter et ipse erat
 in sacris. Solebat persequere potius ecclesiasticos, quam unum
 paganum, et ob causam non dedit ei Deus altissimus prosperi-
 tatem fortune. Et insuper demum erat apostata per Lutterianos.
 Insuper excommunicaverat sanctissimus papa Clemens et Albertus
 suffraganeus in Strigonie in tribus dominicis diebus excommuni-
 caverat publicum et etnicum sancta mater ecclesia excludat eum.
 Et nos pariter cum ecclesia confiteamur. Et insuper de ligno fa-
 bricatam fecit destinare ad Budam pro capellanis nostris regie ma-
 iestatis etcet. Iste Albertus sufraganeus de Strigonia in iocum et
 papam demum comminabat, quod si Deus ipsum augmentaret in suis
 prosperitatibus. Demum vere punivit eum et sic de singulis.

Iterum venerant ad regem infideles Emericus Cybak, Paulus
 Artandi, Blasius Artandi duo fratres et sic de aliis cum rubore
 wltu, quasi essent régi perpetue fideles. Sed inter Hungaros nul-
 lus erat tam stabilis et perfectus, sicut Franciscus Keressi et Gott-
 hardus Kwn, insuper, qui captus et delusus erat per Valentinum
 Therek, Franciscus Bodo, sicut scriptum est, penitentia ductus erat
 propter mortem episcopi Ioannis Goztoni, et unus egregius vir Cu-
 na de Moravia.

Crevit iam se rex a Debrecen ad Nadh Wdwar et ibi per-
 noctavimus. Rex quidem habebat hospicium apud patrem familias
 domi Biro Gaspar et regi obtullit unum vas ordeum et unum vas
 avenas eywlando ad equorum regis. Flens et eiulans dicebat: O
 domine mi graciousissime rex, sum direptus et opressus per domi-
 nos Artandinos. Ait rex: Tace, tace, pater mi Gaspare ludex, au-
 divi et prescivi tuam opressitudinem adhuc in regno Polonie.

Et erat valde iam gelidus dies et mane surreximus et mihi
 precepit rex, ut ego legam missam, et erat in octava omnium
 sanctorum. Et postea venimus ad Kenderes et ibi pernoctavimus
 et nullus erat in plebania domus, solummodo ambo pernoctavimus
 cum Stephano capellano. Et valde mane surreximus et timpana
 pulsabatur in aurora in omni loco, ubi quietem habuimus. Et inde
 venimus ad Nagh Twr et ibi mansimus quattuor dies. Et ibi super
 civitatem exigere fecerat tria milia florenorum. Et de Nagh Tur ve-
 ninus ad Sebestien Haza et ibi pernoctavimus.

Quod Ioannes Docy habebat unum turrim in possessione sua
 Zegh unum turrim, et iam gubernabat pars Ferdinandi et erat

principaliter Nicolaus Kazas de Veteri Buda, supplicarat regiēstatis, ut dicebat regiēstati: Domine rex mihi graciōse, forsan cum audierint latrones potēciam ample regiē maiēstatis, ne forte fugam dabunt de turrim Zegh. Et tantum rex propter loannem Doci di-¹³ verthebat ad partem Zegh et erat cum eo Nicolaus unus egregius Thelegdi. Et cum currebant super equos sub turrim predictum, pedem de arce cum pixide sagitatus erat et usque ad vitam suam semper claudicarat.

Et unde venimus ad Mako et in domo civi Valentino Posar¹⁴ descenderat rex et ibi recubuit usque ad sex dies Bricci confessoris. Et inter sex diebus venit nunciū unus Turcus ad legacionem ad regem loannem de Mehmethbek et rex pauper valde gratulabundus, quod audiebat rex in Zegh, Mehmedbek quamobrem per vim acceptas duas arces Beche, Bechkereke dedit loanni regi in dono et rex bono animo accepit.

Et iussit rex ad Mehmedbek, ut veniret ad locum competentem, quia Mehmetbek erat preparatus cum gente Turca ad defendendum regem loannem propter adversitatem partis, quia precursor Turcus adhuc de Hungwar misus erat Hungarus Turcus versus ad Mehmetbek, ut spectaret loannem regem ad Mako. Com-¹⁷ petentem locum proposuerunt iuxta villulam Thape, ubi vadum est super fluium Thicie, ex hac parte Mako. In dominico die proposuerant adventuram in die octava beati Martini confessoris. Et¹⁸ iam rex loannes volebat ad competentem diem ire et maxima duo miliaria pertinebat ad Mako. Rex preceperat optimatibus Hungarorum, ut prepararent sese cum rege equitare erga Turcum Mehmetbek. Cumque audissent domini Hungari, perterriti erat et dicebant: Ecce, nonne bene dicebamus, quod nos tradet demum ad manus Turcarum. Eat, si placet sibi, per se quilibet dicebat, ego²⁰ non ibo. Hec cum rex loannes audisset, rex in se mox nimium in merore doloris fuerat mancipabatus et in hospicio in sarba, hoc est, in refectorio passum habebat pro spacio. Et in manibus parvus flagellum habebat ac anhelito merore dicebat: O Deus si mecum teneret et observarent verba mea, vere dico, quod de Turcis bona possem laborare et demum ad fidem christianam deducerem eos. Ego astabam coram et thavernicus Osvaldus et Nicolaus Keressy litteratus. Ilico ad hanc verba regiēstatis, ubi dicebat, quod demum Turcos cogeret ad baptissimum, ego dixi ei: Deus altissimus vestram maiestatem protegat et adiuvat. Et dixit mihi²³ rex: Eas, pater Georgi, dic cubiculariis, ut quadrigas sarcinarent ad viam. Et ego iterum laboravi in mandatis regiēstatis et Boza Benedictus currum hornavit. Inde rex iam rogat dominos, ut tantum miterent servos suos sine hasta, si ipsi nolunt venire. Quod audientes libenter concesserunt, ut tantum ipsi non irent cum rege loanne.

Rex crevit se cum suis catervis ad Mehmetbek et multi con-²⁵ gregati erant cum rege versus locum statutum et in numero erant ducentis equis huzaronibus. Iverat cum rege Ioanne dominus Pe-

styeny, secundus Stephanus Verbwchi et Paulus Artandi. Cumque 26
 rex in itinere iam erat de Mako, interim repente incepterunt Hungari
 preparare fugam adversus Varadinum. Iste Cuna dominus Morazki,
 Emericus Cybak, Michael Chaki, Blasius Hartandi et sic de sin-
 gulis, quia existimantes regem ibi per Turcos fore captum et postea
 ipsos comprehenderet insimul. Cumque pervenisset rex ad proposi- 27
 tum locum, duas papiliones tensa erant iuxta rippam flui Thicia,
 Mehmethbek suam, rex Ioannes suam tetendere preceperat. Et inter
 duas papiliones scampna duas et ambo loquebantur tantum invi-
 cem plus quam quattuor horas. Et inter se Turci milites et Hun- 28
 gari milites unum alterum donabant et fraternitatem inter se o-
 stendebant. Franciscus Chorba unum magnum Turcum mancipabat
 in fide sua fratrem. Et ambo cum Mehmethbek spaciare incepit 29
 rex Ioannes super rippam Thicie flui et rex venit rursum cum
 licencia utriusque unus ab altero ad cenam Mako. Et ibi quid-
 quid decreverant, nullus scivit, sed demum revellatum erat, de qui-
 bus audiemus.

Rex mane surgens cum Polonica gente et Hungari quasi 30
 erant iuxta regem Ioannem vespertiliones. Et venit ad Chanad,
 quia iam erant subiugati Ioanni regi, et ibi tribus diebus pernoca-
 tavimus. Et misit rex nuntium ad Themeswarienses, ut se con- 31
 servarent et perfecti forent in iuramento fidei suorum ad regem
 Ioannem. Paralimphus cucurrit cum litteris regiatis, ut, si com-
 parerent, extunc equitaret ad arcem Themeswariensem. Et rursum 32
 venerat statim ad regem in loco Chanad et litteram ducebat in
 manu sua precursor et allate erant ad manus regiatis et in liti-
 teris civitatis et de castro Themeswariensi per officialem Andream
 Zakoli. Materie litterarum sic sonabat dicens: Verum quidem cum 33
 iuramento nostro fidei tenemus sue regiestate et sumus perfecti,
 sed bene recordetur sua maiestas, quod erat Hungarus rex, non
 Turkus, quia ista arx non pertinet ad Turkum, sed ad christianum
 regem. Ergo nos non sumus traditores sacre corone, sed sua ma- 34
 iestas. Quod si principaliter noster magnificus Valentinus Turcus
 preciperet referre rursum maiestatis vestre, nolumus reddere usque
 ad mortem.

Et rex hec iam sciens mox misit pro ingeniis ad Lippam, 35
 ut quam cito portaret sub arcem Themeswar, quia vellet obsidere
 tanquam per infideles arcem Themeswariensem. Et preceperat of- 36
 ficialibus suis ad Lippam taliter, sed iam officialis principalis Bo-
 sytt Radich Tracianus mortuus erat, dum adhuc fueramus in Po-
 lonia. Sed in specie germanus eius Balintitt Tracianus gubernabat 37
 arces duas, videlicet, Solmus et Lippam. Et cum murmuro magno
 reddidit ducere sub Themeswar. Ita iam tenebant eum regem Ioan-
 nem tanquam sodalem suum, et nil verebant de ipso.

Et quod audisset rex, quod iam ingenia sua missa fuissent 38
 erga eum, ilico de Chanad infra versus Themeswar descendit et
 in una villa Hetys Traciana decubavimus nono Calendis Decem-
 bris adhuc anno 1.5.28. Et in villa predicta manssimus quinque 39

diebus et quinque noctibus. Et erat rex iuxta Themeswar una miliaria et legacionem nullus audebat accipere adversus Themeswar ire. Solummodo erat unus Hungarus parvulus Blasi Arthandi nomine 40 Thidw et ipso litteras in una ligatura de puero ad Themeswar. Et cum venerat parvulus sine bona relacione, mox rex movit se cum auditoribus suis, sed primo ingenia sua eciam adversus Lippam dirigibat et venimus nos ad dominicum diem, id est, adventus Domini. Et ibi rex recubuit et totum adventum Domini celebrare 41 sollennizavit usque ad nativitatem Domini.

Et Polonicam gens valde erant iam opulenti per magnam 42 depredacionem. Erant iam tantum tricenta fere peditum, quoniam alii multi saltum faciebant versus Poloniam. Et erat belli ductor lazinchky optimus vir personaliter.

Et invenerant iterum latrones optimates Hungarorum, qui sal- 43 tum fecerant de Mako, dum rediret de wayvode Mehmethbek ad domum Mako. Venerat Franciscus Bebek, venerat eciam Cybak, 44 venerat sublatim nunccius de Buda ad regem Ioannem de Thoma Nadasti, quia iam ipse tenebat arcem Budam post Ferdinandum, et sic de singulis. Et per totam iemem valde rex spacium habu- erat quiete.

45

Cumque pervenimus ad annum 1.5.29., et in veri mense Marci 1 audivimus, quod Valentinus Turcus ordinaret se ad Transsillvaniam contra regem Ioannem.

Inde quidem sexcenta habebat Turcos rex Ioannes sub arcem 2 Vilagoswar et per eos obsessa erat iam per tota iemem a festo Andree apostoli. Et Balica tenebat idem arcem Vilaghoswar per Stephanum Batori et bene regebat. Quia et ipse valde erat astu- 3 tus in bellicis armis et strenuus, et erat eciam valde fortis in lacertis suis, atamen postremum deceptus erat pauper et erat ni- mium miles. Erat quidem ibi in civitate magister cappelle Michael 4 sacerdos. Promiserat se ipsum domino Cybak, quod, si defenderet eum a periculo Balica, ipse arcem Vilagoswar leviter ad manus eius administraret. Emericus Cybak, quod hec audisset ab eo sa- 5 cerdotis, mox promisit ei plebaniam Gywlensem et insuper mille florenos. Iste predictus sacerdos Michael habebat in arce Vilagos- 6 war res et alia bona sua et habebat quinginta iobagiones circa capellam omnium sanctorum. Et eos fecit vocare ad se ipsum, quos sciebat esse fortes et viriles ausi. Et cumque introvenissent de 7 possessione capelle predictae iobagiones et secrete per astuciam suam iurarent, ut melius ad manus regis Ioannis arcem vellent dare, quam Balica latro cum uxore sua ac cum liberis suis supra nos dominare inlegitime et supra antiquo iure antiquorum nostrorum diciones inperat et superflua quotidie intendit de die in diem ac- 8 cipere, quidquam vlt. Ergo quid vobis videtur consilio mei ver- bis. Quod cumque audissent, dixerunt: O domine charissime, uti- 9 nam possemus cum dominacione vestra habere. Dixit Michael sa-

cerdos: Possumus bene et leviter ad manus regis Ioannis adhibere, solumodo quilibet deponat iuramentum ad fidem suam. Et 9
mox vlgus deposuit iuramentum ad fidem suam, ut ne ab eis exametur et hoc facerent, quicquid eis preciperet magister capelle, hoc est, patronus eorum. Et sponderunt et hec erat in magna quarta feria. Precepit singillatim eis, ut sint tempestive cras ad 10
prandium, quia esset quinta magna feria, hoc est, cena Domini. Et quilibet vestrum unum unum securium ferret cum eo bonam, non plus.

Et sic cum appropinquasset magna quinta feria, in arce erant 11
multe nobile mulieres propter dissensiones regni Hungarie, quarum relicte erant per Tracianum Iwan char in bello Tracianorum, et lugubrabant lugubri veste. Accesserant ad capitaneum Balica idem 12
in arce et supplicabant ac rogabant: Quamobrem Turci eciam arcem nostram iam libere permisissent et audivimus, dominus plebanus pulsum fecisset primum et vellemus audire cenam Domini semel in anno. Et iam quartale annum habemus in arce reclusi, 13
vellemus cum dominacione vestra perlustrare cenam Domini semel in anno. Balica cum audisset, adhesit earum verbis peticionibus. Iste Petrus sacerdos magister cum audisset, quod plebanus 14
pulsum fecit, ibit ad plebanum et plebano per nuntium Balica nuntiavisset, quod non festinaret, quia et nos debemus sollenniter ascendere de arce ad cenam Domini.

Quod hec intellexit sacerdos Michael cappelle de Siri, et ilico 15
accessit ad domum, quia iam predicti coloni iam pransi erant apud magistrum capelle. Et quilibet unum unum sacculum quartam partem modii super brachium eorum portaret fruges ad arcem Vilagoswar. Et quod iam ducerent sursum ad arcem Petrus sacerdos cum iobagionibus suis, in obvio, Balica cum descenderet ad cenam Domini cum dominabus nobilissimis, dixit Balica: Quod vehis, pater Petre? Dixit sacerdos: Ecce, domine, alimoniam duco 17
ad arcem, quia audio, quod interim veniunt eciam pagani obsidere arcem eciam Velagoswar. Balica ilico gratulabundus fuit. Ait: Bene, bene facis, domine pater Michael. Et ecce, nos ibimus ad nostram ecclesiam ad cenam Domini.

Quod iam intrasset magister capelle ad arcem Vilagwsvar et 18
iam deposuisset sarcinam frugum in arce, vidit Petrus sacerdos, quod pauci essent in arce, quia est illa arx stricta et super rupibus est edificata ac munita valde. Et cum colonis iobagionibus 19
suis portam arcis supra traxerunt et, qui illi fuerant in arce, omnes expellebant et exrecludebant, quam una ova assata fuisset.

Cumque audissent in cena Domini in ecclesia, illico perter- 20
rerunt et amiserunt divinum cultum, quod solebant veri sacerdotes annuatim celebrare. Balica sursum equitavit ei de arce sagitaverant et nullum responsum dederunt. Quod Balica hec senciens cumfusa 21
et pudore magno permansit. Petrus sacerdos non dedit ad manus Ioannis regis, sed ad Cibak cito destinavit et Cybak cum magna gente occurrens arcem Vilagoswar et intravit per sacerdotem Petrum. Et Balica volebat interficere sacerdotem, sed dominus Cibak 22

tutavit eum et sacerdotem destinavit ad Gywlam et de assumptione capellam, quam quondam unus Stefanus deak edificaverat ad honorem beate Marie virginis, eam predictam capellam dedicavit Petro sacerdoti et non plebaniam. Iste sacerdos ignomiam magnam patiebatur valde, ita quod nec in ecclesiam presumebat intrare, quia Balica valde minabat eum. Iste sacerdos habebat, fertur dixisse, quod habebat plus quam duo milia marcas et sublatim nemine sciente non comparuerat in duobus annis. Extunc fuit in Roma suffraganeus, qui visitabant viam caput sancti Petri apostoli et Pauli.

Antequam suspecti fueramus contra Balicam, quia valde latro erat, qui et ipse perdidit subitanea morte Franciscum Acel in Buda, sicut scriptum est. Et ergo, fratres carissimi, non licet sacerdotibus aliquam prodicionem facere inter christianos adhuc nec inter paganos, sed manens innocenciam suam ab omni malo.

Et postea dominus Cibak omnibus restituebat suas res et pecunias et alia argenteria vasa et preciosa bona, que erant in arce mulieribus nobilitarum relicte et aliis civibus Siribus. Et per viam istam habent possessionem arcis Vilagoswar post decessum Emerici Cybak domini Pachochienses, quoniam consanguinei erant, et sic de singulis. Et capta erat anno 1.5.29.

Quomodo percussus erat Valentinus in Transilvania. Interim cepit sonare Ioanni regi in Lippa, quod Valentinus Therek vellet equitare ad Transilvaniam et accipere totam chortem Transilvaniensem contra regem Ioannem. Et iam in Debrenchen opido descendisset et iuxta Debrenchen in villa Hwzyvpali in una nocte pernoctaverat cum militonibus suis et mane surgens et per Mesces intraverat ad Transilvaniam. Rex nemppe in eo confidebat. Quia et ipse episcopus Ioannes crassatus, quem ego in Zerench comendabam Ioanni regi, sicut scriptum est, et ipse erat, equitabat iam cum Turko Valentino, sicut capra cum lwppe, et infidelis erat contra regem Ioannem. Et nos admirabamur, quod asinus in luppum convertisset. Pauper rex quod sentisset veram esse hostem contra eum, quod iam totam Transilvaniam subiugasset contra regem Ioannem.

Mox Ioannes rex de Lippa misit precursores. Primo unum ad Petrum vaiwodam Moldaviensem cum epistolis suplicans et petens verbo suplico: Quod statim, amice mihi care, quam peroptime cum bellica tua arte preparabis et te contra Valentinum Therek, quoniam adversum me est. Demum tibi reficiam, quod Deus altissimus in sedem meam regietatem Budensem resedebo. Quod si moverit se erga nobis Lippam, ilico post sequere debes ipsum. Inde ego quidem cum meis fidelibus, quantum possum, et spondit regi Ioanni, quod non vellet derelinqui. Et alium precursorem ad bassam Mehmezbek misit statim ad Nandoralba cum epistolis rogans et verbo suplico petens et obsecrans tanquam fratrem, quod, si Turcus Valentinus venerit contra me ad Lippam, extunc personaliter adiwa me. Et ipse bassa promisit se ilico cum

septem milia Turcarum. Et quod audiens aga waida, qui custodiebat regem Ioannem cum sexcentis equitibus Turcis, sex vexillas suas mox erigebant supra et per pontem diversimodi apparere valebant et equos suos excercebantur ad pugnam, diversimodi coram regis Ioanni se ipsos demonstrabant. Et letanter exspectabant 37 Valentinum Turcum ad conflictum simul cum Traciana gente.

Inuencione sancte crucis, quod iam Valentinus Terek mouerat 38 se contra Ioannem regem, mox post ipsum Petrus waiwoda Moldauiensis. Et Valentinus diuertisset se contra Petrum waiwodam et inuicem irruentes et post una hora perfecta conflictio absoluta esset. Turcus Valentinus affugerat, Petrus waiwoda permanserat. Et sic 39 referebant in Lippa regi Ioanni, quod Valentinus Turcus fuisset cum viginti milia christianorum et Petrus waywoda duodecim milia Valakorum. Atamen dicebant, quod numeravissent corpora cladis 40 tredecim milia de parte Valentini Therek, sicut efeminata gens erat, de Valakis quidem non plus quam ducenta, quia erant viri erecti et comprobati. Ita refertur dixisse, quod, que milites ceciderant in 41 bello de Hungaris et de Tracianis, quod, si cum Turcis ictum fecisset Valentinus Therek, ter vel quattuor vicibus non perissent tot milites de Hungaris. Et rex Ioannes valde dolebat de parte ipsorum. 42 Et ibi remanserat in conflictu Ioannes episcopus Chanadiensis, quia Valentinus Turcus portauerat ipsum cum vi suo etcet. Idem anno 1.5.29.

46

Interim sonuerat cesar Turcorum Ioannis regis, quod crevis- 1 set se in die de Nive Marie versus Hungariam. Et venerunt duo Turci de Nandoralba ad Lippam. Erant bombardiste et in civitate habebant hospicium apud Thomam Zabo. Quod cumque audisset 2 rex in Lippa, quod cesar Turcarum foret in Nandoralba, mox sex bombardas habebat ante arcem et precepit Turcis, ut extra assarent, et precepit, ut ignem facerent. Et omnes bombardas extra 3 sagitare fecerant et vina copiose ducebant cum tinea. Et non inteligebant, quare esset rex tam letus. Post hec ego de Turcis 4 scitabam ab heis, quidnam hoc esset, et ipsi dicebant, quod esset cesar Turcarum in Nandoralba. Et aga iuit cum Turcis sexcentis erga dominum suum cesarem.

Inde Polonica gens bellicosa diu explevissent mensionariam 5 et volebant equitare ad Poloniam. Iterum rex rogabat eos, ut secum permanerent et cum eo equitarent. Ipsi neglexerunt cum rege Ioanne ire aTurcarum cesarem, quia tremebant iam, quod vellet rex Ioannes, in facie foret cum Turcarum cesaris. Et iam multa 6 preda habebat super Hungaros, quia ecclesias frangebant supra, et omnia vehebant de, quidquid poterant invenire, libenter vescebantur et in lucrum magno tenebantur. Et dedit eis denuo rex 7 stipendiam, distribuit eis florenos tricenta et antequam laude decantabant Te deum laudamus. Et quilibet decurio habebat uxorem eum eis. Et illos quattuor centa misit sub Themeswar, ut arcem obsiderent, ne extra libere ambularent.

Et rex Ioannes clam exierat de Lippa valde mane in die⁸
 translacionis sancti Ladislai regis et audivit ibi missam in Arad et
 de Arad equitaverat ad Chanad et de Chanad ad Beche. Et ibi rex
 Ioannes habebat vadum citra fluium Thicie. Et Turcarum cesar⁹
 promiserat sibi regi Ioanni spectare in loco Zerem Wylak et ve-
 nimus ad Pesth Wylak. Extunc cesar Turcarum non spectavit,
 quamobrem promiserat sibi restitum antequam arcem illam Zerem
 Wylak, sicut scriptum est. Extunc iam cesar erat in Erdwd prope¹⁰
 Ister flui in camine rippa. Et rex post ipsum statim ex illa parte Bach-
 megie. Et venimus ad Bodrogh et in profesto sancti Laurenti martiris.

Iam erant ibi domini optimates partim, videlicet, Baniuy Ben-¹¹
 che, Benedictus Bekeny, Emericus Cybak, monachus Franciscus,
 monachus Georgius heremita, alias Georgius chonthfilw et dominus
 Pestieny Gregorius, Stephanus Verbwci et Chaki Elek. Quod sen-¹²
 cientes, quod wlt cesar Turcarum dare sibi vadum et vellet rex
 ad facie cum eo esse, mox unatim binatim nocte saltum fecerant
 et pro terrore nimio solummodo Cybak Emericus, Gregorius Pestie-
 ny, Stephanus Verbwci et duo monakii, ut puta, Ffranciscus, Ge-
 orgius heremita.

Et vidit rex, quod cesar Turcarum melius ascendit, et veni-¹³
 mus de Bodrogh ad Kis Kolwd versus Budam. Et ibi venerat Tur-
 cus Mehmet ad regem Ioannem. Et sub papilione regiestatis valde
 admirabatur Hungarus Turcus, quod rex Ioannes non esset decoru-
 s cum militonibus, solummodo monakis. Ait rex: Vere sunt in¹⁴
 Hungaria milites, sed Turcis non confidunt et mihi propter hoc,
 quod teneo cum Turcarum cesare. Et hec verba ego audiebam.

Et interim venerunt naves cesaris post Ioannem regem ad¹⁵
 iuxta rippam Ister flui et ibi transfretavimus cum rege Ioanne et
 in thaboruncula dimisit. Ac elegit unum militem quasi Benedictum
 Zekel ante eos, ut ipsum audirent. Et erat optimus vir famosus,¹⁶
 sed, cumque post decessum Sebastiani Abranffy post defectum se-
 minis suis et uxorem copulavisset et possessionem ecclesiasticam
 incepit uti, mox corruit in corpore suo et claudus quasi stipez.
 Quia qui erat heres Nicolaus Abranffy in Strigonie, mirabiliter et¹⁷
 horrende exalaverat de mundo. Et ego in spalterio psalebam pro
 anima ipsius cum quattuor sacerdotibus. Et de ipso videbamus
 multi, quod in agonia sua visione expergebat sursum de lecto e-
 gritudine et capiebat clippeum suum in manibus et dicebat: Ecce
 veniunt hostes. Ita quod multi astantes fugam dabant de horrobata¹⁸
 morte sua. Me interrogabant, quapropter ibi super psalterium ca-
 nens. Ego dixi: Ita, quilibet non colit ecclesiasticos et per rapinam
 fruire wlt possessionem ecclesiasticam, mala morte peribunt, sicut
 per ipsum atestationem videmus, ubi personaliter per se combrobat.

Dum rex Ioannes iam esset cum cateversa sua ex parte Quin-¹⁹
 que Ecclesiensi iuxta arcem Danoch, erat arx Georgi Herchegh.
 Extunc cesar iam fuit castra metatus in campo Mohach. Et post²⁰
 ipsum rex Ioannes et quadrigam tres habebat secum et ad Mohach
 opidum rex descendit. Et mira res erat postea, quid actum fuerat.

Quod volebat iam rex in facie esse cum cesare et tentoria 21
 cesaris una milia pertinebat ad opidulum Mohach, de uno curro
 descenderat unus adoloscens nimmiſ decorus in facie, quasi sede-
 cimus annis fuisſet, et in facie pulcer, sicut Absolon, et erat in-
 dutus in serico veste diversi coloris et capitis pileum de purpureo
 rubeo et nowm coturnum in pedibus. Et unum fattyol ad caput 22
 posuerunt tenuam velamen et in manibus unum aurum discum et
 in disco super in manus adoloscanti unum nasfa, id est, armilla,
 qui vehunt super capita reges et principes terre. Et sic incederunt 23
 ad cesarem Turcarum ad campum Mohach. Sed istum adolocen-
 tem nemo sciebat, unde esset. Et equites cesaris Turcarum ex u-
 traque parte ordinatim quasi ad unam miliariam et inter eos debuit
 ire ad cesarem Turcarum Ioannes rex. Et Turci valde admiraban- 24
 tur nobis. Et parwa miliaria, super quo voluit rex pergere ad ce-
 sarem, super terram prostrata erat cum purpureo et cum variis
 palpetis carpitebus usque ad cesarem papilionem. Tam honorem 25
 preparare faciebat cesar Turcarum Ioannis regis. Et tentoriam vidi
 cesaris fulgentem de auro et altera erat papilio Imbraim basse et
 3ia papilio erat basse Aiaz, erat thesaurarius cesaris.

Cumque rex Ioannes pervenisset primam tentoriam Aiaz basse, 26
 illico preciosam vestem duxerat regi Ioanni et induerunt super eum
 et suam dederunt ad cubicularii regiestatis. Et, cumque pervenis- 27
 semus ad papilionem basse Imbraim, et alteram vestem preciosam
 ac preclior laz basse et illam deposuerant de rege et eum ite-
 rum induebant ipsum et vestem donantes Inbraim basse dederunt
 ad manus Benedicti Boza et illam posuerant ad quadrigam. Cum- 28
 que tercio venissent iam ante papilionem cesaris Turcarum, et mul-
 tudo paganorum circumquaue admirabantur super regem Ioan-
 nem et cesaris zulakones, hoc est, qui ante cesarem semper solent
 ambulare cum sceptris suis pedester et populum eorum expugnare
 faciebant. Et hornatissime prosternata erat terra cum preciosis pur- 29
 pureis ac variisque modis palpetibus.

Cumque iam cesarem respexisset rex Ioannes, ilico descendit 30
 de equo, pedester cepit pergere erga cesarem Turcarum et opima-
 tes Hungari, quanti erant cum rege. Et iste adoloscens post regem
 cedebat cum munere cesari, quem apposuerant renumerare cesarem.
 Et cesar, cumque inspiciebat iam sub papilione sua regem, mox 31
 de tentorio suo cucurrit ad regem et rex simili modo ulnis circu-
 erunt ambabus aplexantes unum alterum ad modum Scariot Chri-
 stum. Et ibi iam in facie cum cesare rex loquebatur Hungarice, sa- 32
 lutaverat cum sanitate et cum bona fortuna et donum, que videret
 tenentem adoloscens, et insuper, quod sua maiestas cesarea fecis-
 set magnam misericordiam cum eo in magna sua necessitate tri-
 bulacionis per fideles suos. Hec dicta Hungarus Turcus Mehmeſ, 33
 qui nobiscum de Polonia venerat, hec omnia referavit cesari lingua
 Turcarum more. Et e contra cesar tali modo commendavit sese, 34
 quod Deus altissimus ipsum conservaret, extunc sine dubio in se-
 dem suam certe omnino vult collocare ad sedem suam regalitatem

Budensem et insuper tota provinciam insulam Sirimiensem cum arcibus suis, exceptis duabus arcibus Nandoralbam et Sabach. Et insuper adhuc, dum ego vivo in hunc mundum, defendere volo ab inimicis tuis adversariis, dum una framea continebit in manibus Turcarum in gentibus meis. Ergo ne premeditaris. Hec verba iam e converso regi Ioannis Hungarus Turcus predictus de puncto ad punctum referavit declarans.

Et istum adoloscenscentem duxerunt iam cesaris Turcarum cubicularii cum muneribus ad secretum locum in alio tentorio et ibi derelictus est. Et tum cesar capuit in manu sua regem Ioannem et duxit ad tentoriam suam. Vere mirabile erat nimmis pulcra et lapidibus preciosis hornata, sed solius ipsius erat in ceptulo preciosior et clarior cum gemmis lapidibus cum fabricamentis hornata. Et rex Ioannes aspiciens incepit admirans intueri et papilionem suam cesaris, quia Ioannem regem valde delectabat animum suum tales lapides preciosis. Et cesar fecit reportare donum suum cum suis cubiculariis, tantum illam nasfa, Ungariter sic appellatur, non secrescens. Et cepit admirari eciam in lapides unum inter preciosos lapidibus cesar, que obtulerat rex Ianus in dono sibi. Amice, dicebat cesar regi, vides lapides preciosas meas, iste quidem lapis cuncta precellit meos, quem lapidem a multis annis desiderabam videre et querere feceram, sed hactenus non potui videre, que nunc mihi protulisti, amice mi, in donum. Ubicumque potuisti reperire hanc lapidem? Dixit rex: Post mortem regis Mathie, quamobrem fuit pater meus thauzarius ipsius regis Mathie, apud eum derelictus erat. Ait cesar: Quantum apud vos precium suum lapis iste designet? Ait rex: Quinquaginta milia marcas designet apud nos. Apud nos quidem plus quam prevalet iste lapis centum cum medio milia marcas, dicebat cesar.

Quod iam ista parabola decrevisset inter se, omnes Turcos et Hungaros cesar et rex extra de papilione cesaris licenciaverant, tantum ambo permanserunt et unam horam tardaverant in tentorio suo cesaris. Et posthac cesar regem de suo papilione extra duxit per manus ambabus et sic abinvicem segregati fuerant. Et rex Ioannes ascendit super equum. Quod vidisset cesar equum, et nominabant equum Kopott, dixit cesar regi: Frater mi care, ubi potuisti talem equum reperire?, mihi nunquam possunt. Ait rex: In Hungaria satis reperiuntur. Et ait cesar: Vide equos meos, quod si regiestatis vestre placet. Rex descendit de equo et iverunt ad magnum subpapilionem, stabulum equorum erat. Et perlustraverat rex equos cesaris et dicebant Hungari inter se: Vere non habet equos excellentes cesar Turcarum, rex Ioannes.

Et rex cum cesare Turcarum licencia ivit per illam viam, per quam intraverat. Et vadum habuit ante Pax ultra Patavi. Extunc belli ductor Benedictus Zekel extunc movit castorem regie maiestatis et tunc in planicies ameno loco inter vineas ortorum. Et hoc discursio erat in octavas assumcionis Marie, adhuc anno 1.5.29. dum scribebant.

Ego nemppe videram visionem in profesto Laurentii martiris, 49
 dum fueramus in Bodrok iuxta Ister, quod orabam vespertinam ac
 vigiliam mortuorum. Et cesaris Turcarum castor erat recte ad nos
 ex alia parte Danubii. Et erat clarus dies. Et super thabor cesaris 50
 Turcarum pendeat nubes ad modum, ut esset acerbus magnus. Et
 vidi ego Georgius visionem hanc. In nube apparebat unus rex et
 anglica corona admodum esset in capite et in ambabus manibus
 quasi magnum maleum elewans super caput eius. Et sub pedibus 51
 magnum principem iacentem cum diademate, simplex erat et sic
 tanquam quasi unum verrem. Et erat valde unus dewotus homo,
 Detricus appellabatur Kaloman, et manus eius et dixi ei: Domine
 mi, in ista via Turcarum cesar non bene ambulabit sub Vienna.
 Quomodo tu scis, pater mi Georgi? Et dixi ei: Ego aprobabo tibi, 52
 quod videbis statim futuram suam perniciem. Videsne castorem
 cesaris? Et ait: Video. Super castorem cesaris in aiere pendet 53
 circulus quasi acerbus et in circulo nubes et in nube unus rex
 usque ad planta indutus est in metallo et anglica nostra corona
 in capite apparet et in ambabus manibus tenens unum magnum
 maleum elevans ad itum et sub pedibus eius regis unus magnus
 princeps ac in capite simplicem coronam habens et ecce vlt tan-
 quam verrem tangere. Ait mihi mercator: Non possum percipere, 54
 sed noli divinare, quia ecce rex confidit in cesare Turcarum. Ego
 dixi: Scriptum est: maledictus homo est, qui confidit in homine.
 Et duraverat istud signum quasi in quattuor horas.

Et iuxta Danubium nos ante aciem cesaris rex cum sua tha- 55
 boroncula cedebat ex illa parte Pestiensium, ex altera Budensium
 parte cesar Turcarum. Cum venimus prope Rachkevly, et ibi rex
 castra metati fuimus. Et Traciani de Rachkevly venerunt ad regem 56
 Ioannem cum muneribus obsecrantes et petentes, ut eis aliqua im-
 pedimenta ne obruerent eos. Et rex eis spopoudit, ut ne timerent.
 Et rex interrogans eos, quod si aliqua nowa audissent, et dixit 57
 runt: Hoc audivimus, quod Themeswarienses cito precursorem mi-
 serunt post Valentinum Therek. Ait rex: Non credatis, quia iam ip-
 se est verberatus per Valacum vaivodam et iam non presumit con-
 tra me quidquam agere.

Et ex iussione cesaris rex valde festinabat versus Budam. 58
 Cumque apropinquavimus ad Gubach, extunc venit Thomas Na-
 dasdi de arce Buda, quia ipsum permiserat rex Ferdinandus in
 persona sua, dum in exilium fecerat de Hungaria, adhuc dum scri-
 bebant anno iam 1.5.27. Et Thomas valde tremefactus fuerat, quod 59
 cesar veniet in auxilium suum regi Ioannis. Et rex non dabat ei
 nullum responsum, quare iam bis prodiderat eum.

Et Stephanus Bator erat in arce Buda residiens. Quod audi- 60
 visset, quod cesar crevit se cum agmina sua et in Zerem Uylak
 castra metatus fuisset cesar Turcarum, mox de Buda exiluerat ad-
 versus Ferdinandum Vienam palatinus Bator et ita Thomam Na-
 dasdi permiserat in specie sua, ut imperaret tanquam palatinus
 Bator. Thomas Nadasti, quod vidisset regem erga se durum, non 61

acceperat ad truffandum, sed mox flexis genibus apodians coram rege gratiam petebat capiti suo. Valde perterritus erat et spon-
dit regi, quod, si obsidere vlt arcem Budam, extunc reddet et Bu-
dam arcem sine conflictu. Rex vidit suam deprecationem, miser- 62
tus erat ei mox et iussit ei rex, ut iret iterum ad arcem Budam,
quod si obsiderit et ad te miserit legatum suum, ut ei arcem
dares, da ei. Nadasdi vocabat regem Ioannem ad arcem Buda 63
cum gente Hungara ad occupandum. Nolu it rex contra cesarem
Turcarum sine scitu sui, quia mox fuisset cesar dubius erga Io-
annem regem. Secunda causa hec erat, quod non intraverat ad Bu- 64
dam, quia iam rex non credebat eis plenarie, quamobrem cogno-
visset eos instabiles fore. Intravit Thomas Nadasti ad arcem Budam.

Et ingenia cesaris erat super aquam flui Ister per carinas et 65
festinanter veniebant sub Budam obsidere. Cumque venerunt, sine
mora mox erigere inceperant de ratibus cesaris ingeniam magnam
extrahere ad rippam de Danubio iuxta vadum Bechwcha. Et 66
dicebant Turci: Quilibet custodiat se, quia statim faciet terre mo-
tuum, quod vix potestis super pedibus vestris stare super terram.
Et quilibet nostrum absconso loco detegebat se. Et sic assata erat
et turrim Istwan ur dederat casum magnum foramen. Et secun- 67
dario dederat casum arx Budensis. Tercium non voluit Thomas
Nadasd spectare, sed promisit dare arcem Budensem cesari Tur-
carum. Volebat prius dare libenter Ioanni regi, sed rex noluit, quia
iam a cesare Turcarum spectabat remedium. Quia si Ioannes rex 68
accepisset prius de Thoma Nadasti, mox fuisset Cesar delusus seu
deliratus et Ioannes rex fuisset ilico contra cesarem Turcarum su-
spectus. Non est tam effeminatus, sicut Hungari, cesar Turcarum.

Et in Kelewen felde castra metatus erat cesar Turcarum. 69
Quod audisset, iam esset capta per manus Turcas arx Buda, et
Thomas cito perrexerat ad Ioannem regem ad Kis Yenq, quia ibi
erat iam thaboruncula sua. Inde quidem cesar Turcarum statim cu- 70
currit ad arcem Budam in aureis cuturnis per grados sursum et
Germani pauperes, qui antequam sedecim diebus cucurrebant ad-
versus Viennam, alii quidem pauperes multi in arce residebant.
Quod iam cesar secundario letanter ambulabat per aureas palla- 71
cias et multa penndes de pulvinariis extra proiecta erant super
pavimenta, sed cesar nil verebat de hoc et cesar misit ad Ioan-
nem regem ad Kis Ienew unum chawz cum iacharonibus multis
et decem zulakones super rates per aquam flui Danubium. Et ces- 72
sar descendit ad castorem suum Kelewen felde et erat in die Egi-
di abbatis.

47

Et mox movit se cesar adversus Viennam et in illa die dor- 1
mivit in Sambok. Inde quidem venerunt predicti Turci ad Ioannem
regem et inperaverunt ei, ut statim descenderet cum tota thabo-
roncula sua ad rates cesaris, ut haberet vadum. Et cesar ipsos 2
docuerat, quomodo oporteat eis operare, et Ioannem regem cum

tota turma ultra Danubium navigare cogerunt et in arce Budam magno honore portaverant ipsum cum diversis hornamentis equitibus Turcarum et rex in medio iagnicharonum, id est, inter pedites cesaris. Nos omnes tremebamus, quidnam hoc esset, et putabamus nos, quod cum simul vellent deprivare capitis nostris.

Et duxerunt regem Ioannem ad pallacium, ubi solebat prandium et cenam in estate, et portaverunt unum pontifical quasi, sed aliud forma erat, non ad modum Hungarorum, sed erat valde preciosa et pulcra nimis. Dixit vayvoda chazorum: Ioannes rex, vides hanc sedem? Video. Sede in hac sede, quia, quomodo nobis recepit cesar, ita ad modum debet nobis collocare ac struere in regietatem vestram. Et regem per lacerias suas capiebant et in sede cesaris resedere fecerunt tribus vicibus. Et forma verborum eis hec erat, dicentes Sclavonica lingua: Dedit tibi Deus altissimus fortunam et virtutem ad gubernandum regnum tuum Hungarie et alia subiugare provincias sew possessiones sub manu potestate tua. Et Bio omnes proni ceciderant in facies suas dicentes: Deus altissimus concedat, ut nos omnes moriamur sub pede equi tui. Et post hec surrexerunt et omnes clamaverunt cum lingua Turcarum: Halla, halla, halla hoy, tribus vicibus et de arce Buda post cesarem Turcarum velociter currebant. Et nos cum rege permansimus in arce Buda.

Et satis victum reperimus in arce Buda, vinum mediocriter erat et lardones sexaginta reperimus, farinas nunquam vidi tot, sicut Germani ordinaverant in arce Buda. Sed Turcus cesar multa fecerat distribuere inter Turcas wigores et solus eciam ad suam familiam, viginti camelli quid potuerunt ferre post cesarem Turcarum sub Vienna. Sed adhuc multa erat. in una magna pallaciam plena erat. Et Nadasti iam cum rege Ioanne manducabat et in cena.

Extunc unam feretrum sew sepulcrum erat, intrinsecus erat bitumine lineata. Interrogavit rex Thomam Nadasdi, quidnam hoc esset. Nadasdi dixit, quod unus Germanus fabricasset sibi. Et hic relinquit, ait, unus Germanus. Vere, domine rex, ipse solus fabricare fecerat, quod arcem Budam non daret, donec corpus ipsius daret ad sepulcrum mortuum suum. Ita regi Ferdinandi arrogaverat se. Et inceperunt ridere egregii viri et nobiles, sicut in curia decet, tales deludunt. Et ad Zalawar equitavit, quoniam abbacia erat et male tenebat.

In civitate Buda erant pleni cum Germanis, precipue quasi quattuor centa mensionari et Ferdinandi regis et cives Budenses cum eis et precipue iudex Wlffangus pannicida optimus homo et bonus. Et erat in civitate Bude notarius Nicolaus Hungarus cesaris Turcarum et bonus erat. Et dicebat eis, ne debeant ire versus Viennam, quia cesar multas gentes varias habet. Quod si ad fidem cesaris dedistis arcem Budam, cesar tenet, sed, post ipso qui sunt, non tenent ac nil curant fide cesaris. Ergo maneat praecipue, domine Wlffanghe, lum domum propriam habes in Buda. Quid

curas? Secundum suam opinionem volebat remanere, sed illi predicti Germani seduxerant eum et dicebant: Veni nobiscum, domine Wifanghe, melius, ut simul pereamus. Adhuc Nicolaus notarius cesaris Turcarum adhuc ipsos supplicabat eos, ut ne irent ad viam perdicionis, sed remaneant. Et nichilominus potuit eos resedare. Et habebant vexilas quattuor et in timpano inceperunt percutere et, extra cumque irent de civitate et in numero denumerabant semet ipsos, quattuor centa et viginti quattuor viri et milites. Et in campo Logot, quod inceperunt ire versus Viennam, extunc fuerant parati pedites iancharones et equites clam et ante eos unum vexillum vehebant magnum et irruerunt Turca gens contra Germanicos. Dum una hora cursum haberet, omnes gentes ad terram prostraverunt cum gladiis ac fustibus. Et ipsi pauperes usque ad mortem expugnauerunt cum paganibus et valde clamabant sursum ad civitatem, ut adiuarent eos, ne tam dira morte perirent, atamen nemo ausus fuit e christianis, qui eos adiuuissent, tantum nos super muros civitatis admirabamur. Et Nicolaus notarius cesaris valde dolebat, quod consilium eius non summebant. Qui Alemanni permanserunt in civitate Budensi et in arce, ipsi pacifice permanserunt. Demum, quo voluerunt, quiete perrexerunt. In arce qui fuerant, rex ipsos amictare fecit et post hoc dimisit ad Almaniam.

Quod iam cadavera iacebant despoliata per etnicos et multa thesaurum invenientes apud eos, precipue dicebant apud Wiffanghum panicidam, quod in ioppa sua de puris auribus consuta esset. Et sic gaudebant de spoliis lucribus suis et in Buda ad kottya wettie clamantes et dicentes, qui plus daret propter. Et ibi corpora, quod descendimus, apparebant, tanquam rosa rubebant per planicies et nulla despectio apparebant in eis corporibus. Rex Ioannes precepit, ut eos ibidem sepellentur, et sic per mandatum regie maiestatis sepulti sunt. Et civem Wiffangwn panicidam suerant eum corpus nudum iuuentes sew volventes in lugubra tela et cum processione portavimus ad ecclesiam beate Marie virginis et hostiaverunt pro eo et sic reconditus fuerat postea.

Interim eadem forma venit ad regem quidam nuntius de Lippa, quod omnes Poloni, qui erant quattuor centa sub Theswar, et eciam illi prostrati sunt ad terram per armam Valentini Therek et deferii essent per gladios militibus Hungarorum. Et ibi dicebat nuntius, magnam copiam lucrum thesauri depredassent ab eis ad modum, sicut Germanos per Turcos prostrati erant. Et nuntius adhuc dicebat, quod intrasset ad ecclesiam s. Georgi martiris in Chanad et de sacrastia, quidquid invenisset ibi vasa argenteam et aurea, totum exportavisset ad Zighetwara. Quod hec verba protulisset nuntius, dixit rex: Ecce fatui, quomodo ambulaverunt, mihi non credebant et mecum noluerunt ambulare. Existimabant, quod ego voluissem eos tradere in manus Turcarum. Non doleo, quod, si mecum usque in finem permansissent, istam tribulationem non senssissent neque perniciem hanc non gustassent.

Eodem tempore opinio magna erat inter nos, quod ex iussione facta regis Ioannis fecisset Valentinus Therek. Et hec erat ista disturbio in die Cozme et Dampiani martirum.

Ecce iam in sedem suam reclinavit iterum et multi erant dicentes, cum fueramus in Polonia, quod nunquam resedere potest sese in sede regiestatis Budensis. Et mox ducenta viros optimos pedites ad portam arcis Budensis constituerat, quia iam omnes Turci exierunt de arce et neminem alium preter Turcum, sed in civitate Budensi pleni erant penitus, cesar non confidebat apud Ioannem regem et propter regem etiam ad custodiendum permiserat quingentos Turcos et in Pesth similiter.

48

Interdum venit procurator de sub Vienna a cesare Zoltan Zelim et obtulerat ad manus unam epistolam regiastatis. Et in epistola erat scriptum: Amice honorande, tua serenissima maiestas gaudeat, quia hostes tuos in Viena ita constricti, quod aquam non possunt haurire de flumine Ister nec habet civitas spacium, unde vellent exiliare, quia gens mea circumdedit eam, nec habent unde exire. Insuper brevi tempore capta erit statim Vienna civitas. Et erat in die sancti Francisci confessoris ista fama a Zoltan Zelim cesare ad regem Ioannem.

Et secundo die ad crastinum Luce in nocte usque ad meridiem iems magna descendebat cum aere gelida. Ad octavum diem audivimus, quod cesar Turcarum pre granda frigore non potuit gentem suam observare, sed multi exiliebant. Cesar Zoltan Zelim, qui erat semper sobrius et astutus in operibus suis, audivimus, quod descendisset de sub Vienna ad quinque miliaria. Et venerunt artifices seu pontifices ad preparandum pontem cesaris Turcarum et incepterunt in die Gereonis et sociorum martirum preparare pontem et ad quartum diem absoluta erat pons. Quia Turci, qui erant factores, nemini parcebant, sed cum baculo et cum fustibus vi compellebant. Adhuc iudicem Budensem Albertum Etyeki volebant compellere, sed rex iussit, ut ne compellerentur vi iudices civitatis et ne ipsos vilipendentur. Sed iudici precepit, ut vulgum Budense et Pestiense incitant ad adiuvandum eis, quicquid eis necesse sit.

Et audivimus mane, quod iam in Veteri Buda foret cesar Zoltan Zelim cum agmina sua, et hec erat in festo Luce ewangeliste. Et rex audivit missam solenniter et statim precepit agazoni Nicolao, ut equum sellatum ducerent ei, et dominis precepit, ut statim cum hornamentis incederent erga cesarem. Et sic factum erat, quomodo rex preciperat, et adoloscentibus equos cespites duxerant. Et statim equitaverunt cum regiastatis, videlicet, Gregorius Pestiens, Franciscus monachus Groph, Stephanus Verbwch, dominus Petrowitt. Dominus Cibakinus non erat cum rege, quia dum cucurrebat ad Varadinum. Et rex pauper non cum multis cucurrit tanquam ad fratrem suum confidenter et domini admiraban-

tur, quod rex Ioannes tam audaciam haberet cum cesare Turko, 12
et dubii erant erga cesarem opimates. Et rex nil curabat, videbat,
quod essent instabiles. Et ibi cum cesare in prospacio dumtaxat
ambo decrevissent, quod ad futurum annum alio modo iterum sese
preparat venire sub Vienna.

Et pons erat valde bonum et latum erat sedecim passum ho- 13
minis latitudo, quod tres camelli invicem poterant pergere, et ex
utraque parte bene, id est, korlata erat. Secundo die incepit trans- 14
meare per pontem die noctuque agmina sua per pontem et prin-
cipes basse sedebant iuxta pontem in vadum et sedentes mani-
bus quilibet sceptrum tenebant. Et qui exorum cito volentes in- 15
simul pari numero, extunc percutebant ac verberabant cum scep-
tris suis. Erat magna ordo inter se, non ita, sicut opimates Hungar.
cum Ludovico rege in Mohach. Et lucernas quattuor granda erat, 16
ad modum trabes ardere faciebant noctuque propter gentem eorum,
ut ne casum darent ad fluium Ister, de nostra parte Bude duas
et de parte Pesth duas. In omni nocte ardebant, usque ad octaumi
diem per pontem currebant.

In festo Demetri martiris movit iam se cesar Zoltan Zelim. 17
Inprimis castorem Mehmetbek transmeat cum castore sua et post
hoc castor ipsius transfretavit per pontem Imbraym basse et erat
statura ipsius pussillus. Quod suam gentem iam ad partem Pe- 18
stiensem transcurrere fecerat, mox per se reversurus erat erga ce-
sarem. Et iam steterat cesar iuxta stabulum regi maiestatis et nos
de arce admirantes ipsum cernebamus.

Iam hic attendite, quomodo forma sua erat veniendi sub arce 19
Buda. Erat sedens cesar Zoltan Zelim super nigrum parvum equum
et in capite mixtim erat cum bisso rubedine thiara sua cum albo
sindone ligamen. Et proximus pedester Hymbraym bassa currebat 20
cesarim. Et tricenta parvuli adolescentes super equos in aureis in-
dumentis sedentes in viridi coloris et in capitis eorum diadematis
erant cum kophiis aureis. Et quattuor centa pedites, zwlakones ap- 21
pellantur, nil aliud tenentes in manibus suis, dumtaxat unum unum
sceptrum, quod erat aptus in manibus suis, forma quidem indu-
menta eorum ad modum usque ad cruram tanquam alba de vela-
mine et usque ad lumbos quilibet de nigro purpureo erant pre-
cinti et in capite mitra erat de albo facta et sic decenter curre-
bant ante cesarem. Et in 3io statu currebant chauzones quattuor 22
centa equites et quinto statu currebant ante omnes istos predictos
pedites, qui appellantur ignicharones. Cumque iam pervenisset ces-
sar Zoltan Zelim ad pontem vadum, mox surrerunt coram eo cum
inclinato capite clamantes et dicentes: Halla, halla, hylala, tribus
vicibus, postea in fine: Hoy. Et de duabus pixidis sagitaverunt 23
tanquam bucam et fumum miserunt. Cumque cesar volebat per pon-
tem pergere et fugaverunt eum super aquam flui Ister, ignis mi-
tebat fumum.

Inde rex de arce Bude. Que ingenia Germanica erant viginti 25
quattuor, duodecim cesar portavit secum, que erant pulcre et me-

liores, et duodecim regi Ioannis admisit in arce Buda. Et de illis mitebant sagitare ac intonabant coacte, quod aures nostre insurdebant. Et de zakalos duodecim sic resonare cogebant et de illis 26 quattuor lacerabantur et stipis unum virum interfecerat, iuvenis erat. Et in tercio postea regiestatis in tybiis tubicinatores pulcre canebant amena voce.

Et iam quod cesar pervenisset ad alteram partem vadi pon- 27 tem, ibi similiter inceperant fumigare. Et in campo Rakos cesar prope Gubach extendere iussit tenthoria sua. Et omnes tota Ismaelitica gens in spectum illius extendere fecerunt et ibi proclamare fecerat cesar Turcarum, quilibet forizat et usque ad Nandoralba victum aquirat. Et cesar destinaverat duodecim camellos magnos 28 ad arcem Budam et istos camellos sarcinare fecerant cum farina, quantum potuerunt stravere.

Et iterum ordinavit sese ad cesarem Zoltan Zelim. Et a rege 29 Ioanne sepe numero audiebam, quod cesar Turcarum gliscit videre coronam angelicam. Quod circa ipsum equitabant ad Veterem Budam, ibi rogaverat regem Ioannem, ut sibi demonstraret coronam angelicam. Et portaverat secum rex Ioannes coronam ad Rakos erga 30 cesarem Zoltan Zelim et sic ad modum equitaverunt ad cesarem tanto numero, sicut ad Veterem Budam. Et rex Ioannes 3io locutus fuit iam cum cesare Turco, primo in Mohach, secundo in Veteri Buda, 3ario in Rakos. Et in papilione cesaris deposuit angelicam coronam ad preciosum palpetum. Quod diversis modis inter se verba prolixabant, et regem Ioannem rursus renumeraverat cum nigro equo, super quo sedendo per pontem pergebat, et unum alium album equum dederat cesar Turcarum et unam vestem de caro precio serico rubeum indutus erat rex Ioannes. Et coronam rex 32 Ioannes ibi amiserat, quamobrem indecenter fuisset, si ab eo rogasset.

Inde quidem, quod Ioannes rex venerat adomum Budam, mox 33 ipsi velociter currerunt erga cesarem Turcarum, videlicet, Petrus Priny et Paulus Varda archiepiscopus Strigoniensis, quem rex Ioannes donaverat sibi et ingratus demum sibi fuerat. Et hec ista 34 practica erat in die profesto Symonis et Iude. Paulus Varda archiepiscopus de Strigonia lapides preciosas ad cesarem Turcarum de cophiis predecessoribus de sacrestia detraxerat et cum illis lapibus donaverat cesarem Turcarum. Et Petrus similiter Priny. Et 35 rex Ioannes optinuerat a cesare Turcarum captivos, quas ducebant cum eis. Et insuper pontem dederat in donum regiestatis. Et nos audientes restitutos a cesare captivos valde gratulabamur. Et ele- 36 gerat rex Gasperum Raskay ad cessarem et cum sua catherwa perrexerat. Cumque ad cessarem pervenisset, mox ait ad cesarem, ut eum rex eligesset propter depredaturos. Cesar destinavisset ad Aiaz bassa, ut solveret quilibet Turcus captivum suum. Hec cumque 37 audissent equites et pedites Turcarum iagnicharones, mox inceperunt cum thonsa capita suarum, minato ac rebellizando aiebant: Captivos nos reddentes retrorsum, non tantum Hungarorum, sed

cesar caniter statim ambulabit. Et Aiaz bassa ad modum per pre-
 tem declarare fecerat magnifico Gaspero Raskay. Hec cum audis-
 set Raskay, tremefactus erat. Nos spectabamus eum tanquam red-
 emtorem animarum. Vidimus venientem ipsum sine ducentem cap-
 tivos nec ad regem diversit se, sed ad hospicium suum diversit.
 Et rex hoc senciens, quare non diverterat se ad regem, ipse decla-
 rare cepit peculiariter regi Ioanni ad modum, sicut scriptum est.
 Pontem optinimus super aquam Danubii, sed captivo nequaquam.

Inter hec venerunt a cesare Turcarum Paulus archiepiscopus
 et Petrus Priny cum relacione ista, ut audirent Ioannem regem, et
 omnes alii optimates Hungarorum. Ego quidem ad fidem meam
 per Makwmentum prophetam et omnem prosperitatem spondeo,
 cumque me Deus decuit, quod dabo totam provinciam vobis in-
 sulam Sirimiensem cum arcis et cum possessionibus suis preter illas
 duas arces, videlicet, Nandoralbam et Sabach et insuper in regno
 Boznensis quotquot arces accepi tempore Ladislai regis. Et volo
 ita, ut faciatis iuramentum mihi, ut sitis fideles regi Ioanni. Et fe-
 cerunt utriusque personaliter, ut vellent servire iam regi Ioanni
 deinceps, sicut antequam, quia absit ab eis, velud Pharones. In-
 terim erat corona super deauratam palpetum statuta. Intuentes ipsi
 coronam angelicam dicentes: Quid hic querit corona nostra Hun-
 garorum? Ait cesar: Si fuit Hungarorum, nunc mea Turcarum.
 Sed causa erat me videre ipsam coronam, quia valde viget apud
 nos regno Turcarum, quia nos Turci valde angelos honoramus.
 Secunda casua erat, quod videre possim, si est preciosa aut non.
 Et ista corona non valde preciosa est, quia non sunt lapides pre-
 ciosi, et est simplex, non valde decorata. Et inter colloquia nostra
 ambabus obliti fuimus mihi restituere aliciantes ad manus suas
 et ipse amicus meus repetere a me. Ideo ecce rursus portate sibi
 ad restituentem ad manus fideliter ad vestram fidem. Et dedit ad
 manus archepiscopi Pauli. Atamen ipsi Izmaelite, mox Hymbraim
 bassa, Aiaz bassa, Mehmed quilibet habuit in capite eorum. Et
 prius cesar solus in caput suum apposuerat et postea singilatim
 predicti basse quilibet habuit in capite. Ergo cesar fellebat in
 verbis suis mendaciis. Et sic presentavit salus Paulus archiepi-
 scopus ad manus regi Ioannis coronam. Et iam sunt concordēs in
 facie, atamen in corde eorum a longe erant.

Et postea cesar Zoltan Zelim moverat sese in die festo Symo-
 nis et Iudee versus domum suam in urbe Constantinopolim. Et
 iems gelida erat et multi infantes, fertur dixisse, quod in via pre
 frigore obdormiebant in Domino nostro Ihesu Christo, ita et maio-
 res eciam.

Inde quidem iam permansimus pacifice Bude per totam iei-
 mem saltantes, corizantes gratulanter in quattuor menses. Et do-
 minus Priny Petrus ad Soklios cucurrit et archiepiscopus ad Stri-
 goniam.

Et iam eciam, cum pervenimus ad mensem Iunii, fama venit iterum de Germanis, quod voluit interim venire contra regem Ioannem. Et erat in octava corporis Christi. Rex Ioannes ilico post Momen vaidam destinavit iterum precursorem suum ad Nandoralbam, ut veniret quam citissime, quia iterum declinassent ad partes Ferdinandi Paulus archiepiscopus et Petrus Priny et veniunt Germani super aquam et super terram ad Budam contra me regretatem. Et ipsi, Momen quod audiens epistolam registatis ad modum sonantem, mox ipsi gaudenter in opposito contra Germanos venerunt super aquam fluii Ister nastandones. Et supra Budam insulam sancte Margarete apodiaverunt sese et equites quattuor centa duxerat secum Kazon vaidam et ipse iuxta Danubium fluii supra Pest in Kis lenw villula descendit ibi cum suis equitibus. Et valde tremefacti eramus a Germanis Hungaris. Et venit iterum Momen vaidam ad regem Ioannem et quesivit ab eo quattuor zakalos ad carinas suarum nazandonibus et rex libenter dedit ei. Si plus quesivisset ab eo, concessum esset sibi. Et iuxta fluii Ister loco Vaciensis et in aqua et super terram irruerunt contra Germanos ad aucter et expugnauerunt eos usque ad Strigoniam. Ipsi Germani existimabant Izmaeliticos sicut Hungaros in Thocay et in Scina per Koccian. Atamen per Germanos multi sauciati venerant Turci ad Budam. Et una carina plena cum azimis et cum melle, sapiebat bene. Extunc fuerant pauperes condam cives Budenses et Pestienses et in Vienna seducebant Germanos, quod nil essent Turci contra eos. Et venerant Germanica pars ad mensionariam eorum et ad unam mensam tres florenos eis peditibus et equitibus.

Inter hec rex Ioannes ierat ad Transilvaniam, dum scribebant anno 1.5.30. Et locum tenentem Ioannem Banffy et vice provisor erat unus Sclavus Simon litteratus de Attyna. Et tres custodes rex collocaverat, Momen vaidam super aquam, secundum Kazon vaidam super terram, 3ium Ioannem Banffy in civitate Budensi.

In Felhewiz solebat omni anno forus nundinis et Pestienses ad Germaniam egressi fuerant propter mercimoniam ad futuram nundinem et in aqua super Ister fluii venerant usque ad Strigoniam. Una pars tremuit venire super aquas, quod audissent Turcos esse insula Zent Marghit, altera pars confidebant in eis, quod non impediunt eos. Prima pars venit per viam super quadriga, ipsi pacifice venerant. Altera pars eciam, qui super aquam venerant, quod sensissent Turci, quod super aquam veherent res preciosas ad nundines, supra Zent Endre Traciani cum insidiebantur sub latibulo ibi eos. Cum arcersi fuissent ad locum in solitudinem, mox cum eis Traciani et Germani magnum conflictum habuerunt. Iam post meridiem in quarta hora fuit intercacio eorum et omnes casum dederunt moriendi et duo ancille pulcre fuissent cum Pestiensibus et illas intereierant. Et carinas suas sanguineas media nocte infra mitebant per Danubium fluii adversus Kewi. Et unam sanguineam navem aprehenderunt et per hoc intellexerunt, quod occisi essent per paganos pauperes. Et nullum corpus eorum

invenire non poterant. Et in Pesth quod sensissent, quod dira morte 15
perissent, et lamentabantur, quod ad Budam audiebamus. Qui flebat
filium suum, que sponse sponsum suum, qua dominum suum.

Et Turcum incitaverunt ad Budam Pestienses Momen vaidam 16
coram locum tenentem, videlicet, Ioannem Banffy. Et comparuerunt
ad iusticiam ipsi et in sede nunquam potuerunt aprobare, ut qui
intuissent hoc perniciem horrendam homicidium. Et per signa 17
multa aprobant Pestienses in tantum, quod in vestibus ambulabant
Turci, et cum hoc vellebant Pestienses eos sentenciare. Sed
ipsi dicebant: Videatis, quid dicitis, bene, quia ista vestis est nostra
et pro pecuniis nostris propriis. Ne det Deus talia nobis facere, 18
nos immunes sumus. Et quod in sede minabant Turci Pestienses,
dixit locum tenens Ioannes Banffy, dixit lingua Hungarica: Ecce,
amici mei Hungari, si in facie hic in sede minamur ab eis, si
occidunt nos in teatro, possunt omnia, quecumque volunt. Ergo, 19
quod iam factum est, factum est. Et iste latro Momen vaiwoda
denum subitanea morte preoccupatus fuerat.

Demum, quod cessaverant iam Alemani super Hungaros, Ka- 20
zon vaidam per regem intro rogaturus erat ad Pesth. Quod iam sen-
serant visis eorum, quod iam in civitate forent adoloscetes et 21
adoloscentule, cumque intrassent, et qualibet domo Pestiensi mox
inceperunt adwltare et stuprare inter virgines ita adeo, quod
non verebantur ab hominibus, in plateis ac in cimiterio luxuria-
buntur ita, quod christianus fugebant de publica fornicacione. Ve, 22
ve nobis a Ssodomistarum. Ego quidem scribebam de Buda ad regem
Ioannem sub enigma exemplo in epistolis meis, quod unus
magnus serpens intravit in civitatem Pestiensem et cubant super
eos insimul cum aliis serpentibus. Et rex non intellegebat, sed 23
melius ad iocandum deridebant. Hic maledictus est homo, quo
confidit in pagano homine. Demum cucurrerunt ad regem in Trans-
silwaniam et sic regi declarare fecerant. Et rex deridebat pauper.
Rex mandavit in litteris suis, quod iam satis fovissent corpus eo- 24
rum escis carnalibus. Quod iam sensissent pagani, quod iam de
Pesth vellent ultra Danubium remeare cum suis gentibus ad Ke-
lewen felde, qui habebant hospicium hospitem cum liberis suis,
multos tales per in nocte ducebant rates fluium Danubii. Et flen- 25
tes ibant, sic demum penitus omnes citra remigati erant. Et ibi
multos adoloscetes seduxerant christianos et mox rasum caput
habebant et sic Ismaelitarum vendebant, qui per munera multa
seducebant, ubi per vim non potuebant rapere, ubi per dona sua-
rum non potuerant, ibi sublatim in latibulo abscondebant. Sic Is- 26
maelite aliam gentem deminuunt, precipue christianos. Rex Ioan-
nes, quod multa horrenda ac nephandissima peragerent, per epi-
stolas suas precepit eis, ut iam ient ad Turciam, quia iam Ger-
mani desistunt. Et sic perrexerunt ad regnum eorum, eciam cum
magna astucia ipsos vix poterant repellere.

Sed Valentinus Turcus perterrere fecerat, quod semel multos 27
per milites suos prostraverat ad terram in tantum Deo adiuante,

quod publice ac proxime ipsorum debellabant eos omni die, et, quod viderunt latrones pagani devincos de die in diem, terruerunt sese et sic omnes fugam dederant seorsum. Et iste Valentinus Turcus, dum tenebat partem Ferdinandi, maximam fortunam habebat super Turcos, tanquam condam Stephani Bardi. Cumque demum ad partem Ioannis regis steterat, mox cuncta fortuna sua abiecta fuit ab ipso. Et demum per Turcos ablatus fuerat, in metallo vinculus constiterat et vivus in Turciam deductus erat.

Et isti pagani integre tres annos perseverabant. Et rex ita admodum in Transsilvania plus quam tres annos ibi manserat et post quattuor annos dum scribebant anno 15.35.

Fama vigebat interim quod Petrus Priny et Paulus archiepiscopus Strigoniensis iterum adhesissent ad Ferdinandum. Atamen fidem deposuerant suarum sub papilione sua in Rakos, quod nunquam penitus regem Ioannem relinquerent. Quod iam sensissent regnare tute regem Ioannem et cum cesare Turcarum fedum haberet cum tranquillitate magna, extunc fatui Ferdinandum exci-laverunt, ut cum ingeniis suis prepararet sese ad impetum versus Budam, quoniam cesar Turcarum percussus fuisset in Arabia a filiis Sophi et magnam gentem iam non posset facere et Ioannes rex non resideret in Buda et civitates Budenses, Pestiensis cum maiestate vestra tenerent et ad promptum locum veniet vestra maiestas. Et in tribus horis nolunt se ipsos fatigare, multam habere adversus gentem cum belli ductore maiestatis vestre et statim intrare posset gens vestra maiestatis. Ferdinandus rex credens eis, qui nesciebant naturam ac astuciam Turcarum, qui sunt mille artifices, et incepit preparare se ipsum rex Ferdinandus versus Budam.

Hec cumque sonuisset in gurgis regis Ioannis, mox velle nolle precursorem misit iterum ad Kazon vaida, ut quam potest se ipsum ordinare et venire, quando poste militam nunctium, quia iterum venire solent contra regietatem nostram iste rex Ferdinandus, qui super me intrusus est, et sic super aquam ratibus militibus, hoc est, nazandonibus.

Et iste eciam Gritti Lodovicus, qui erat commendatus per cesarem Turcarum Zoltan Zelim, quia pater ipsius supplicaverat cesari Turcarum, ut comendaret regi Hungari, quia iam senserant Veneti, quod rex Ioannes potest se regere cum potestate cesaris Turcarum. Quia pater dux Venicie erat et fertur dixisse, quod extra thorum sacro matrimonio fuisset natus de alia femella et sic per Venetos eiectus erat, qui secundum carnem fetus esset.

Et rex Ioannes fecit congregacionem in Transilvaniam inter optimates et inter nobiles et ignobiles et secundario iam Transsilvanienses ad se cum iuramento declinare cogerat ipsos. Et ex gracia Dei omnes imprimis optimates adhaerebant ad regem Ioannem, videlicet, baptizmalis filius Mailat, qui tenebat Focaras ar-cem munitam, et insuper Banfiak et insuper Balasiak et sic de singulis. Et iam flamescebant ardore caritatis erga Ioannem regem et congregacio erat in octava Ioannis Baptiste.

Et post hec venerat rex ad Budam in Septembris octava nati-
 vilitatis Marie. Cumque audivissemus eum venturum post quinque
 annos, gratulabantur universa pplebs, magni et parvi Budenses,
 quia iam cuncta hornaverant sua promontoria vinearum et edificia
 domorum pallacia adhornaverant, cum iam audierant ex utraque
 parte hostibus tranquillitatem, ut puta, a Turcis et a Germanis.

Cum intrasset rex ad Budam, cum fedu suo pepigentes cum
 Transilvaniensibus et ibi latro Cristoph claviger ac celarista regi-
 estatis, propter quod iussit interficere pro aliis servis suis Thomam
 litteratum bonum virum. Et bonus erat in promouthoris vinearum
 Budensium in dominico die inter octavas assumptionis Marie. Et
 inde, qui occiderant, illos captivos ducti erant atrocitatem mortis
 et femellam capite privata erat propter mortem viri sui, atamen ipsa
 non precepit interficere neque perdere.

Ergo mala sententia per iuratos cives Budenses data erat,
 tantum per invidiam et per favorem et per dona iusticiam Dei ad-
 ministrabant. Et in iure canonico intraverant, sed civili iuris inter-
 ficiebant, sive sacerdos sive monachus, suspendebantur, qui erant
 in sacris, equaliter procedebant. Ergo monachum Georgium abba-
 tem iniuste plectebatur capite et artus suum in quatuor partes di-
 videbatur et sine ordine ffaciebant ius legitima. Que ego inter eos
 aprobatus fueram, quod male et iniuste mortem patebatur Georgius
 abbas. Propter hec causabant eum, quod voluisset Budam tradere
 ad manus Alemanorum, quod erat impossibile, iam erat consensio
 conffectus. Et sic Deus punivit eos et alienigente tradidit etnicis
 Budam arcem ac civitatem et cum tota provincia et possessionem
 circumiacentes.

Et post illa facta venerat ad Budam rex Ioannes cum gratu-
 lacione granda. Sonebant ingenia Budensia in regione, quod iam
 descendisset rex Ioannes. Et iam nos hausi fuimus propter contra
 Germanos.

50

Venerunt interim Germani ad Hungariam per aquam et super
 terram et rex nil tremebat rex Ioannes a Germanis, quod vellent
 eciam venire ad Budam obsidere. Et statim precepit rex Ioannes
 Paulo archiepiscopo Strigioniensi, ut nequaquam arcem Strigonie
 concederet eis, sed observaret, non eis faveret, sed obstaret, quan-
 tum potest. Et brevi tempore tuam reverendissimam protegere de-
 bebamus. Et precursorem dimisit erga eum et precursori precepit,
 ut investigaret ibi et lustraret castorem Alemanorum, qui essent
 ibi cum Germanis ex Hungaris optimates. Venit ergo precursor
 mane diluculo ad archiepiscopum Strigonie et allavit ad manus
 suas epistolas. Et Paulus archiepiscopus tam relacionem fecit regi
 Ioanni dicens sic: Ego non sum satis observare arcem Strigoni-
 ensem contra eos, quia nos sumus in via eorum. Secundo, quia
 ego pauper valde sum, non habeo pecunias.

Inprimis dederat latroni sedecim milia markas et eodem tempore tradiderat eis arcem Strigoniensem. Et rursum precursor ad Budam et sic eadem modo retulit regi precursor relacionem Pauli episcopi Strigoniensis, sicut scriptum est. Et precursor exploravisset iam ibidem, qui erant cum Germanis. Incepit coram recitare ipsos, aiebat sic: Est Andreas Bator, est cum Vilhelmo ductore belli Germanica Priny Petrus, est cum eo Valentinus Terek, est cum eis Paulus Bakytt Tracianus, est cum eis Banffy Boldisar cum fratre suo Anthonio, est Franciscus Narhydi et Turzonis gens cum eis.

Rex Ioannes quod audiens nil premeditatus erat. Ego quidem valde tristicianam habebam et ego regi dixi, quod ego volo extra ire de Buda, quia animus meus valde lamentabatur, quasi esset mihi ad futurum mala. Dixit rex: Iam tu times? Quicumque necum perseveraverit usque ad finem, hic dominus erit in Hungaria et ne timeatis. Ego precepi Emerico Cybak episcopo Waradiensi, ipse statim veniet cum gente magna ad adiuvandum nos. Ego dixi: Ita veniet ad adiuvandum maiestatis vestre, sicut in Scina vel in Thokay. Dixit mihi: Tace, pater Georgy. Et statim precursorem misit post Turcos, qui sunt prescripti supra, et venerunt.

Venit Ludovicus Gritti cum familia sua et habuit ducenta pedites cum equitibus, venit super Danubii flui Petrus Ocharowit cum Tracianis mixtim cum Turcis octocenta et Cazon cum besliabus venit sexcentis equitibus. Et erat cum Ioanne rege Thomas Nadasti quasi friwola et venit Cybak tantum cum suis curialibus. Et rex admirabatur, quod tantam gentem non duxisset cum eo. Hic rex iam recordatus erat verbis meis. Et Pestienses multi venerant circa regem Ioannem et Budenses totaliter cum rege erant. Et erat unus miles Kasfona Mathe, amiserat Petrum Priny et serviebat regiastatis fideliter. Erat unus Kwnowytt Nicolaus, erat miles Zophia Petrus. Erat iam Franciscus Horwat, idem Horwat Michal. Quia iam frater Georgius Croakus erat, et ipse quasi contraneos habebat Croacos multos.

Erat rex Ioannes plus quam duo milia virorum et Germani erant in numero novem milia et insuper aquas venerunt Germani quattuor decim cum galiis et nazandones erant quadraginta et inter galias una atamen magna erant et magne ingeni plena erat et cum velamine applicate erant et illa magnam galiam seorsum descendere permiserunt super aquas cum ingeniis suis prope et directe sancto Anthonio monasteriis.

Et iam obsesi fuimus per Germanos in vigilia omnium sanctorum et mox confessionem feci et veni de arce ad civitatem Budensem in cimiterio beate . . . Et ilico sagitaverunt unum ad gentes, qui stabant, et illum globulum portaveram inprimis ad regem Ioannem in arce Budensi. Et in circulo descenderunt infra urbem Budensem, ubi erat parochialis ecclesia sancti Petri martiris, et staturant decem bombardas ex parte ludeorum. Et papilionis belli ductore erat extenta proxime sancti Lazari et aliorum optimatis Hungarorum et ex parte Logod longius sub montorio vinearum

decem bombardas et 3io loco, sicut scriptum, de parte sancti Gerardi martiris directe versus claustro sancti Anthoni cum magna galia et duas nawes magnas prope et omnes nazandones infra sancti Gerardi martiris remigaverant.

Et postea nostra ex parte unus miles Tracianus super aquam 18 prius nomine Sisallo cum eis valde super aquam exercebant unus alterum. Et Ioannes Fillerus de parte Alemanorum, qui accepturi erant prius quingentos florenos sub iuramento fidei eorum et super manus regis fecerant iuramentum super rippam flui Ister iuxta sancti Gerardi. Et fefellebant regem Ioannem et iste Sissallo nil 20 potuit eis quicquam facere nec ipsi adversa pars Germanorum et nostri erant tantum viginti duo nazandones et submergere fecerunt iuxta infra rippam Vizwar arcis Budensis.

Et iam obsidi fuimus et undique angustiati fuimus, quemadmodum Betulienses per Olofernum, atamen unum meatum habueramus de arce ad Madarhegy, qui nos vescebamur equis de vitis vinearum. Et quod hoc sensissent Germani, ilico statuerunt super 22 monticulo unum targy et ibi duxerant de nawe duas bombardas et iam certe fuimus coangusti et artam viam habuimus.

Et unus erat apud nos bombardista monachus nomine Andreas sancti Augustini religionis et unus vir nomine Ladislaus bombardista et magister erat in multis practicis. Plus non habuerat rex preter istos. Atamen unus erat Germanus in arce, sed male ac 24 infideliter serviebat regi Ioanni, quod ingeniis pulveres multa infundebat et dirumpebat ingenias. Et ego vidi, corripui eum et insuper dixi regiestatis et rex preceperat, ne amplius laboraret ille Germanus.

Et iam ceperant sagitare in die festo omnium sanctorum, post prandium octo tantum et secundo die sagitaverunt centum ex undique parte civitatem Budensem menia. Et globulos preceperat rex 27 Ioannes, ut omnes, quos possent apprehendere, veherent ad arcem Budensem, de omnibus globolis darent ei duodecim solidos. Et ego unum capiebam et portaveram, ante regem proieceram, quia etatem habueram in fortitudine eodem tempore.

Et Turkos equites rex non dimitebat extra civitatem et ipsi 29 intrinsecus magno dolore mancipati erant, surgentes super equos suos et hastas manibus vibrabant et ad paries dirigebant ac frangebant. Solummodo Hungaros dimitebant extra civitatem ad duellandum contra Alemanos partes et pauperes nostros sepe expugnabant usque ad portam Budensem. Et nil poterant nostrates cum eis optinere, sed semper pocius sub natica suarum portabant aculeum metallum lanceis suis ad civitatis.

Quod rex Ioannes audiens, quod sui sequaces equites nil 31 proficerent, iussit pro Cazon vaida, ut tantum dimiteret centum de suis besliis ad pugillandum. Et quod audientes mox letanter curerunt ad Logod planices et divisi erant inter se. Quinquaginta in uno steterunt ordinanter et quinquaginta impetum fecerunt ad castorem Germanorum. Quod sensissent milites Valentini Therek

et Pauli Bakytt, adversus eos ascendebant ad veloces equos et pugnauerunt eos Turcos enumeratos usque ad ortum regis. Et inde rursum quinquaginta Turci contra eos Hungaros Germanorum repellabant usque ad castorem. Sed unum Hanibal de arce Buda sagitabat de parte Germanis inter ortos, equus erat niger et dominum equi portaverant sui partes ad castorem eorum et equum duxerant nostrates ad arcem Budensem. Erat niger coloris equus et ibi Turci adaucter super equos currebant, nil premeditabant. Quod erat iam vespere, intraverant ad civitatem et nos hec bellucanda cernebamur super muros civitatis.

Et secundo die incepterunt sagitare muros civitatis de mane usque ad vespertascentem et quatuor centa sagitaverant de magnis bombardis et globulos totaliter portabant ad arcem Budensem et de qualibet duodecim solidos accipiebant de rege Ioanne. Et 3io die extra equitaverant Turci et simili modo pugillum habuerunt cum Germanis omni die. Et de illis partibus Germanorum duos apprehenderant. Unum nomen Paulum Fodor et istum rex a Turcis redemit et vnus eius ligare preceperat demum et absolvit eum et dimisit. Alterum vero captum duxerant de Logod in pugillo Paulum Nagh, Hungarus erat, optima persona erat, virilis, casum dederat de equo suo, equus fugerat ad castorem Alemanorum et Turci ipsum pedester deducebant ad Budam. Et ipsum decolaverant Paulum Nagh et corpus eius vnus Turcus custodiebat, ita ego vidi. Et rex parte Turcarum vnus casum dederat ad teram. Turci portaverant Turcum, equum suum partes Alemanni milites rapuerunt et ad castorem deduxerunt. Ita adeo demum milites Hungaros non mitebant Turci, quia dubii erant contra eos, solummodo semper Turci exibant ad Logod et libenter semper habebant duellum cum eis, non confidebant penitus Hungaris.

Meniam Budensium ex parte domi Francisci Orzagh totaliter ad terram destruebant, sed turrem nunquam potuerunt de machinis dirumpere, tam fortis erat. Cumque diruta iam erat murus Budensis, mox Germani ad impetum venerunt pedites. Quod senserant venientes Turci et Traciani, letanter supra stabant aggerem et multos curiones optimos de Germanis interfecerunt et capita sua supra hastas appendebant et adaucter minabant cum nudis frameis suis Germanos. Erecti stabant super aggerem, nil terrebant Turci neque Traciani, gaudebant de spoliis eorum, quia in mantica eorum inveniebant aureos florenos. Pro milicie honorem Turci quidem gaudebant. Vno Turco dabat dominus Gritti octo aureos florenos, sed nequit accipere, sed dicebat: Brehay, dabit mihi cesar Turcarum.

Et multa corpora vidi iacendo in fossa civitatis nuda, in illa die Alemanni male triumphum habuerunt. Altera die de Logod incepterunt de ingeniis suis meniam civitatis dirumpere. Ita fracta erat murus civitatis Budensis usque ad fundamentum ad sexaginta passuum. Inter octavas omnium sanctorum feria sexta ducenta sagitaverant de bombardis et omnes clobulos portabant ad arcem registatis.

Quod ego audiui in arce post prandium, et ego dispensator⁴⁷ eram, pro capellanis ad refectionem eorum curam habebam et in sexta feria coram regiestatis pro passione Humiliavit celebraveram. Et dominum Benedictum plebanum sancte Marie Magdalene reperi⁴⁸ ipsum sedentem in varta super unum navem Ferdinandi et ibi prolixavi inter colloquia cum eo et amisi eum ibi et ad miracula cucurri, ubi paries civitatis destructa erat usque ad fundamentum. Et dixit mihi dominus plebanus Benedictus Marie Magdalene: Do-⁴⁹mine Georgi, non eas, quia male habebis. Et dominus Pestieny Gregorius dixit mihi: Pater Georgi, semper habuisti cor audacem, ideo nunc videbitur, si vis probare te ipsum. Istud magnum vas⁵⁰ debes adimplere. Ecce vehunt humum terre vel fimum pusillanimes solummodo. Ab eis accipiens funde ad vasa. Et Gasper Raskay similiter dicebat. Ego interim fundebam sordes equinas ad vasa in varta. Et de Logod, quod sagitabant, dixit mihi Pestieny:⁵¹ Fuge iam, pater Georgi, quia extra assant magnam bombardam. Ita erant duo magne ingenie, quod, quando sonum dabant, vere dico vobis, fratres carissimi, quod aures nostras surdescere faciebat in adhuc in civitate, quod, sicut campana magna solet sonare, ita sonabat. Ego descendere dum volebam, sub pedibus vasam⁵² tetigerat et deorso casum dederam infra. Et sic mihi vlnus in facie contingerat et cum ruptu facie cucurri ad arcem Budensem. Emericus Cybak sedebat extra ianuam arcis. Inprimis quando vo-⁵³lui venire ad civitatem, et non permitebat de arce extra ire. Et prophetabat mihi dicens: Non eas extra, pater Georgi. Et in manibus habebat scerptrum album, ante me opponebat, ut ne irem. Dixi: Nequaquam potest aliud fieri, quia, si non ibo, in me statim⁵⁴ rapidus esto. Et quod vidit me iam vlneratam currentem ad arcem, et adhuc ibi sedebat. Dixit mihi: Tamen ego dixi tibi, ut ne eas. Et statim fecit mihi ruptam faciem cum barbitomsore supra ligare suo Ianni barbitomsore. Et sic erat.

Venerant iam secundario Germani ad impetum civitatem⁵⁵ irruere volentes ex parte Logod et Hungari perferiti erant. Turci quidem gaudebant et dicebant: Ercele, nos non formidamur, quia civitas est supra montem est constituta, dum veniet supra hostis, in se fiet grave fatigatus. Et Hungaros de pariete civitatis exstru-⁵⁶serunt de vartha, solummodo ipsi cum gladiis et fustibus et Traciani de funda cum lapidibus Germanos proicebant, tanquam pluvia descendisset super eos. Et ibi multos belli ductores interfecerunt, qui erant centuriones, qui decuriones.

Et septem capita de parte Germanorum presentaverant regi-⁵⁷estatis et cognovit rex eos et dicebat ad caput percuciens: Amice, adveneras erga me tanquam hostis, nonne tibi ego multa bona feci et magnam karitatem habuimus invicem. Ait rex adhuc: Iste⁵⁸ erat magnus dominus in Moravia, habebat decem arces et iste secundus erat egregius habens arces septem, ille, qui est expansis oribus, erat exLesia. Et septem capita fecit iubere ad mensam cy-⁵⁹phorum et prandium fecit preparare tempestive et dominum Griffi

fecit vocare de varta ad arcem comedendi ad prandium. Comedebat et bibebat rex et interim sepe intuebat ad capita cisorum et nil abhominabat.

Et 3iario venerant iam in fine ad impetum copiosa armigeri⁶⁰ ex parte Ister flui, copiosa gens. Incepit pars Germanica irruere ad murum civitatis in quatuor locis, videlicet, ex parte palacie Horzagh, 2^o ex parte sancti Nicolai claustro, 3io ex parte ecclesia beate Marie virginis, quarto ex parte arcis Budensis de termis sancti Gerardi.

Iam in ultimo fueramus in agonia, ecce hic, fratres, probata⁶¹ erat et proficua sacra oratio. Iusserat mihi rex, ut cum sacerdotibus et pauperibus poplitis curvis suffragare valeamus, cum ad impetum irruerant. Extunc ilico et nos ad terram pronus cecideramus⁶² et sic deprecantes Deum et eiusdem genitricem invocabamus cum sanctis et mox decessabat impetus. Et dominus Gritti cum Turcis et cum Tracianis adversus eos irruit et adaucter cum pugnantibus adversus eos propter aureos florenos, que ante presentebant de manica.

Inde quidem Benedictus Bekeny cucurrebat super equum sedens, dicebat regi, quod solacium habeas, aquam oporteat ad varta ducere, quia in conflictu nimium siciunt. Quod vidit me rex, dixit: Adiuva mihi, pater Georgi, pater Georgi. Cipientes ambo lebetem⁶³ magnum de coquina hauriantes cum plena aqua et sic fundebamus super bigas in doleum, id est, ad dobos, ita vocabant Budenses. Aut decem inpleveramus et sic potum tribuimus. Et hoc⁶⁴ maximum erat Hungaris dedecus et pudor, quod ad impetum ipsos non permitebant ad conflictum, quia dubitabant gens Agarenica et gens Traciana. 3ia gens Zlowaci, Bohemica partim, tantum expugnabant, quamobrem sunt effeminati.

Et de parte sancti Gerardi extunc iam quatuor banderia supra⁶⁵ erecte erant sub arce Budensi. Abebam pixidem in manibus registatis. Cucurrimus ad partem termis per ambitum arcis et rapuit pixidem de manibus meis. Et alii capellani magni erant et robusti,⁶⁶ capientes arma iuxta regem et pulveres vehebant ad pixides adimplentes, id est, zakalossokat et sic ad manus suas erigebant. Et super aquas hottmanos nazandones quatuor interfecit rex solus sagittans de pixide.

Et hec erat in die in vigilia conceptionis virginis Marie, quia⁶⁷ iam vescere solebamus cum carne equinis et Deo adiuvante relaxati fuimus iam ab impetu gente Tewtonica. Et multa tergora⁷⁰ iacentes in girum civitatis et multos vivos compellebant Ismaelica gens ad arcem Budensem. Et proicebant vivos in profundum puteum proximius fris palotta.

Et in die Lucie equites venerunt de castore Germanorum et⁷¹ exinde iam Hungari cucurrerunt super equos suos rursus contra eos, quasi iam cullum cepissent a gente Izmaelica. Et illico expugnaverant eos Germanica pars usque ad arce portam civitatis Logod. Turci quidem stabant super extra ianwam, id est, in zemet aut decem⁷² et in manibus nil gestabant defendiculum. Et unus Hispanus

in metallo suo super equum vellocem fecit impetum ad Turkos et Turci fugam dederunt ad inter ianwam Budensem, quod vidissent ewaginato gladio Italienses. Et tantum unus permansit Turcus, 73 quod vidit pallium pulcrum super Italiensem de carlasio, et Turcus erat in rubeo. Et Turcus rapuit pallium cum manibus et miro modo Italiensis cum spata sua Turcum celeriter incepit expugnare ante ianwam Budensem. Et nunquam permisit ille unus solummodo 74 Turcus permitere pallium de manibus suis, sed circuibunt unus alterum, sicut Ezechielis visione suoolvebantur quattuor ewageliste in figuris suis. Et demum Turcus traxit pallium de scarlasio 75 et Italiensis cucurrit absolutus iam super equum suum ad tabernacula eorum.

Inde nemppe Gregorius Pestieny et Ioannes Docy et Blasius 76 Artandi et alii Hungari milites loquebantur invicem, videlicet, de parte Alemanica Valentinus Terek, Franciscus Zay et Paulus Bakytt. Et inter se loquebantur, sed non potui audire. Antequam quidem 77 dominus Pestieny magnum casum dederat de equo suo ad terram, quod semper pauper egrotabatur usque ad mortem. Et opinio erat inter se, ut nil verebantur a Germanis, quia iam cito recedunt gens Theutonica de sub Buda. Et eodem die Valentinus Terek sex 78 luceos pisces vivos in una tranizta destinaverat regi Ioanni ad arcem Budam et sic abinvicem segregati fuerunt postea. Et ipsi diversi erant ad castorem eorum et nostri reiteraverunt ad arcem Budam civitatis.

Et iterum refocillata fama venit ad regem Ioannem, quod vo- 79 lunt adhuc unum impetum facere erga Ioannem regem et in die vellent Germani irruere in profesto beati Thome apostoli. Et inde 80 mox incepit clamare iudex Budensis Petrus Zabo, ut quilibet Hungarus teneat sese ad pugnandum, cumque venerint Germani ad impetum, in vartha, capite priwato.

Quia bis fecerant super duas telas cedulas intro sagitare per 81 sagittas duas turtuosas cum scedulis scriptis, et presentabant regi Ioanni. Et erat scripta, quod maiestas regia sua ne formidet, iam intendunt ad recedendum. Et mox iussit sua maiestas quattuor 82 banderia magna extra facere de turrim Stephani Haragos. Prima erat extenta viridi coloris et secunda erat extenta albe coloris, 3ia erat extenta rubei coloris, quarta extensa erat lividi coloris. Prima 83 significabat memoriam deitatis, sicut columba tempore dilui portabat ramum viride olive in nasu ad barcaam Nove. Iam gaudebamus ad modum nos, qui erant cum Nove in archa.

Sed Turci et Traciani ignorabant recessura eorum Germano- 84 rum. Interrogabant Turci, si mulieres alique essent crasse. Et diximus nos: Sunt, quare? Dixerunt: Propter quod equinas carnes 85 non iam habemus et illas, nos scimus, quomodo debet assare et coquere ac percomedere. Hec cumque audientes mulieres, inceperunt ilico tremere ac Deo devotissime depreccare.

Et secundo die fuimus absoluti beati apostoli Thome ante 86 nativitatem Domini, qui festum habet.

Et eodem in obsidione Bude anno adhuc, dum scribebant¹
1.5.36., per Petrum Petrovytt Emericus Bebek in arce Budensi col-
pulabat ancillam unam Gregam. Et rex valde iratus erat super hec²
nec fratri suo poterat pacere, videlicet, Petro predicto et sub cu-
stodia captivitate tenebatur in medio arcis Budensis. Et ego sepi-
sime coram ipso celebrabam misam Emerico Bebek.

Iam in vigilia Simonis, Iude apostolorum fuimus obsessi us-³
que ad secundum diem post beati Thome apostoli. Et post recessurum
Caspar Seredi de Pesth ad Thocay invenit celeriter Mehmetbek de
Kewi suis catervis ex parte Pesth, quidquid potuerunt in civitate
invenire, pueros et adolescentes totum extra piscaverat et infra
ducere fecerat. Turci et Traciani multos portaverant ad⁴
Turciam de Buda, quas furabant vel latitabant in celario, quos per
panem, multos seducebant per comestibilia, et sic de aqua Ister
supra acceperant naves, quas submersaverant. Et rursus in ea se-
dentes et infra navigantes adversus regionem Sirimiensem.

Et post hec de arce ac de civitate Budensi ad promontoria⁵
Budensia extunc portaverant libellos de arte astrologia ac circu-
late erant ad modum rothe et presentaverant regi. Et unus astabat⁶
vir militaris et dixit regi Ioanni: Dum ego in Vienna fui, dice-
bant astrologi Viennenses, si obsiderint Budam in horam Martis,
extunc ad tertium diem Buda acceptura erit. Ita dicebant, sere-⁷
nissime rex. Dixit rex: Propter hoc, quia perdiderant horam ac mi-
nutam Martis. Et rex maiestatis sue miserat illas voluminas litte-
ras astrologias ad regem Ferdinandum in dono de uno precursore
suo. Et sic scriptum erat responsio regiestatis: Grates ago Deo⁸
meo, qui fecit cellum et terram, quod vestre maiestatis astrologi
perdiderant horam accipiendi sub Budam. Sed, si alias venerint,
timeo eos hactenus venientes sub Budam, quod cum capite reli-
querint astrologiam bonam horam. Et sic erat.

Postreimum de arce Budensi extra ad impetum currerunt et,⁹
qui Germani relictis in sanguine egrotabant, omnes ad terram pro-
straverant Budenses et Pestienses, quamobrem erant per ipsos
multa dampna passuri. Et per aquam inceperunt magnam galiam¹⁰
trahere nocte et due arche granda post. Et de arce Budensi sagi-
tare ceperunt et nostrates Turci et Traciani post Ioannem Fillerqs,
qui erat pars Germanica. Et cum iuxta insulam sancte Margarethe
et supra navigassent, iam magnam galiam apropinquabant. Et mox¹¹
nazandones super aquam Danubi alas extendebant et ilico retror-
sum contra paganos irruerant. Et mox non verebantur retrorsum
currere versus Budam. Et festinanter Germani pervenerant per¹²
aquam ad Capostas Megier et descenderant ad rippam flui Ister
et ingenia de archa sex extraxerant ad terram. Et isti Turci, quod¹³
in nihilum deputabant eos partes Germanorum, aliquod dampnum
passuri erant submergentes in aqua et premeditabant post eos na-
vigare. Et sic pacifice nautaverant ad Strigoniam.

Et dum eramus adhuc obsessi per Germanos Bude, tres vi- 14
ri fugam dabant ad arcem Budam de castore Germanorum. Unus
erat Ispanus et alter Hungarus. De aqua nazandi tres venerant
pauperes ad regem, exiliebant ab eis et rex paciffice suscepit eos.
Et Ziarius purus Germanus erat et propter hoc venerat causa huius, 15
quod taxillum ludebant sub papillione et, quod unus alteri non
concedebant, iste adolscens per ludicram amputabat unum manum
socio suo lusori. Et erat nomen Christoph et valde erat studiosus
in astuciis suis ac loquebatur mature.

Et rex nunciavit vice castellano Stephano Amade, quare sci- 16
ret Germaniter fabulare, ut debent investigare. Ac aulici regiستا-
tis super cenam, ut interrogatus esset, quare venissent tam pre-
sumptuose pauci Germani ad Budam circum angustare. Et sic, 17
quantum poterant, bene tractaverant ipsum Alemanum fugitivum et
inceperunt eum investigare, quare Germani ita occipite ceco ve-
nire sub Budam debuissent. Et erant probi viri, unus erat Nagh 18
Gregorius, alter Nicolaus agazo regiestatis et sic copiose fueramur
in cena. Quod iam interrogatus erat adolscens Germanus, respon- 19
dit et hec dixit: Ne miramini vos, domini Hungari, quod nos ve-
nimus tam pauci sub Budam obsidere, quia ad decretum et ad
certum locum venimus, ut Ioannem regem caperent hic in arce
Buda et promptum aducere sursum ad Ferdinandum. Et nunc 20
expectat belli ductor regem Ioannem per dominos suos captivum.
Et tenent sue maiestati unam quadrigam cum quattuor equis albis
in redam aplicantes, stantes et cum hornamento hornaverunt qua-
drigam. Vere ego nescio, qua causa, quod ita tardaverunt.

Et rex Ioannes in crepusculo anguli audiebat, solummodo Be- 21
nedictus Boza cubicularius intimus erat inter alios, tantum ambo
stabant. Et ego quasi nesciens: Et dic iam, qui sunt illi domini
sui, qui vellent ipsum regem promptum ducere ad belli ductorem
Vilhelmum? Respondit rursus Alemanus adolscens: Ego litteras 22
perlegi et intellexi apud dominum Vilhelmum belli ductorem. Pri-
mus est (ego nescio) episcopus Cybak, 2dus Blasius Arthandi cum
fratre suo. Quod audientes prenominati viri, precipue Franciscus
Keressi, et dixit: Vere certe dicit. Et verba sua suffocata fuerat, 23
quod plura volebat pronunctiare, non amiserunt plura dicere, sed
silencium inposuerunt ei, ne aliqua tedia paratur. Et rex hec audi-
ens silencio passu exilivit de angulo et postea Keressi totaliter
fabulavit regi Ioannis. Rex audiens usque in finem dixit: Et ego 24
sic audivi, sed Deo gracias habeo, quod mihi fideliter pronunctia-
sti. Et postea ipsum Germanum adolscentem rex pulcre indu-
erat eum et remuneraverat eum et sic ad cesarem Turcarum elige-
rat in posterum cum Gritti.

52

Et cum hec audiebat rex Ioannes, mox rex fecit dominum 1
Gritti Ludovicum in gubernatorem Hungarie in mense veris Marcii.

Et conveniebant prelati et optimates veniebant iam post deli- 2

beracionem obsydiis Budensium. Et, qui non gustaverant carnes equinas, fecit rex bene coquere et illos dominos, qui non presentes erant cum eo in magna perterrita, omnes fecit eis percomedere carnes equinas cum brugio nigro bono. Quia adhuc nec cancellarius fuit Stephanus Verbwchi et monachus Groph Franciscus, quia ante obsidium sibimet ipsi preparaverant viam legacionis in Poznaniam et ibi duobus mensibus plus quam pro spacio habebant et sic venerunt illi, sicut wlpes, iam iterum ad Budam. Et cum eis libenter permiserat comedere equinas carnes, ut ne tantum solus comederet carnes equinas rex, sed solumodo et alii comedant, ut ne derideretur rex sua maiestas. Et nec fuit Ieronimus Lacki, sed omnes extra pro causa solacionis ibebant.

Quia adoloscens Germanus istum Lacki Ieronimum meminerat esse proditorem, quia et ipse fuit destructus per Ferdinandum et per partes Hungarorum, quia antequam ipsum Ieronimum Lacki eligerat ad Ferdinandum regem in legacione, extunc rex Ferdinandus sibi dona copiosa renumeraverat. Videlicet, erat rex Ioannes in Transilwannie et ibi Ieronimus multa pausaverat in Viena. Ego quidem eram in arce Buda cum Symone litterato latrone, dum iam rex equitaret ad Transsilwaniam post obsidionem. Iste litteratus Symon erat similis unus ex proditoribus, quia, qui in minimo est fidelis, in maiori talis est fidelis. Quia regi Ioanni prodiderat arces duas Petri Prini, videlicet, Saros Patak et Uyhel, sicut scriptum est ut supra. Iste Lacki tam pignonora portaverat ad regem Ferdinandum ad Budam, quod nos mirabamur, ut patet, septem crates magnas, id est, cyphos deauratos et pecias septem de bisso ac de purpureo et cum mille florenos aureos fuerat redonatus. Et ista omnia coram Simone litterato deposuerat in arce Buda et sic gloriabatur ipse coram provisorio Budensi predicto et sic iwerat post regem Ioannem ad Transilwaniam ad proferendam legacionem fictam, non veram. Sed rex valde credebatur ei. Inde quidem rectus et bonus dominus Turzo Alexius scribebat multociens ad regem Ioannem in epistolis suis, quod non crederet penitus sibi, quia sciat vestra regia maiestas, quod nos miramur, quod ad tam magnam dignitatem accepisti eum, quia ipse est unus bonus potatur, mechatur, ebrius, lusor, instabilis. Sic scribebat dominus Twrzo regi Ioanni.

Et dominus Gritti iam erat gubernator anno Domini 1.5.37. in mense Marcii in die divi Gregorii pappe. Et isti Hungari optimates difficile dederant voces suas ad constituendum gubernatorem Ludovicum Gritti, quia dicebant regi Ioanni: Numquid es tu puer, rex maiestas tua? Decuisset eum facere, si puer esses. Ita adeo, quod Statilius presul Transsilwaniensis cum voce sua extra ierat ad hospicium civitatis. Solus quod currebat pedester et me, quod vidit, rogavit, ut cum eo ad hospicium explorarem, et sic cum eo transivi. Et quasi conquestus declarabat mihi ista omnia. Sed rex iam non confidebat iam eis, quod senserat pauper, quod proditus fuisset per eo, qui non erant in tentacione regiastatis, ex illo

adoloscentulo Alemano. Et misit gubernatorem Grittim in legaci-¹⁴
onem ad Turcarum cesarem Zotan Zelim et cum eo adoloscetem
Alemanum. Et rex ad Transsilwaniam.

Et eodem anno 1.5.37. dum scribebant, post hec cesar Zol-¹⁵
tan Zelim rursus miserat istum adoloscetem Germanum ad regem
Ioannem bene renuneratum cum hornamentis Turcarum modum.
Et ipse cumque venerat ad locum civitatis Zeghed, quod audiens¹⁶
rex non esset in Buda, de Zeghedino reversus erat post regem ad
Transsilwaniam. Cum pervenisset ad opidum Enyedh, inter Ger-
manos Saxones cognoscebant eum ibi cives et ad prandium cum
honore magno susceperunt, sicut par paribus asimilatur. Et ibi¹⁷
pervenisset eum iam et cena tempus permansit ad noctem super
cenam. Et sciebant Germani omnes Sexones, quod iste adoloscens
sic dedisset fugam ad arcem Budam ad regem Ioannem de casto-
re belli ductoris Vilhelmii. Et ibi media nocte pauperum latitave-¹⁸
runt ac suffocantes proicerunt in uno antiquo profundo puteo et
sic finvit vitam suam etcet.

Interim venerat rex Ioannes in estate mense Augusto iam se-¹⁹
cundario de Transilwania, quia isti Transilwaniens. sepe numero
mutuabant fidem eorum, interdum ad regem Ioannem, interdum ad
regem Ferdinandum. Propterea rex pauper currebat inter eos, ne²⁰
vacillarent. Eciam venit rex ad Budam et cum eo magnum scu-
tum ad militandum et ad mirum currebamus videre. Et illum scu-²¹
tum destinavit ad regem Ferdinandum per unum precursorem in
dono scribens sic ad regem Ferdinandum, ut defenderet sese, quia
statura sua potest latitare se contra inimicum.

53

Et iam fama sonebat in auribus nostris, quod cesar Turca-¹
rum intendit sub Viennam obsidere iam secundario per regnum
Sclavonie. Et interim dominus Gritti venerat cum gente mixtim,
videlicet, Turci, Traciani, Itali, et circuit se descendens cum ca-
store suo in planicies Kelewen feldi infra arcem Budam. Et ibi do-²
minus gubernator fecit clamare lunaciones ad mensem peditibus
tres florenos, equitibus quinque florenos et multi Hungari conflu-
ebant circa dominum gubernatorem Et cuncta pars maior adhe-³
serant servi registatis, ut patet, Michael Chaky, Lp̄k̄os Kalai et
Lacki Ieronimus. Et unus miles Tracianus, nomine deli Radich de⁴
parte Germanorum, qui miles sub Buda molestebat multos milites
regis Ioannis, ad modum erat statura et persona sua, sicut Ste-
phanus Bardi, demum pauperum sub Strigonie suspensus erat per
gubernatorem. Et sic de singulis. Currebant ad eum propter largam⁵
soldinariam, id est, mensionariam et omnes Sclavi hottmani, vide-
licet, Pap Gergh, Iwich, Sirmir de Crako, omnes decuriones Bo-
hemi et Sclavi accesserant ad mensionariam gubernatoris et pe-
cunias cum magnis gutis sagullis super humeris vehebant quilibet
ad hospicium suum. Et gaudebant domino gubernatori, quod tam⁶
largus esset. Et rex subaudiebat et partim tristabatur, quidnam
hoc esset.

Super terram et super aquam Ister movit gentem suam sub
arcem Strigonie, quamobrem Paulus Varda episcopus adhesisset
ac fovisset Germanos et moltociens decepturus fuisset rex Ioannes.
Et obsedit in vigilia Laurentii martiris deorso cesar Turcarum Vi-
ennam, de seorso Ludovicus Gritti Strigoniam cum predictis va-
riis gentibus. Et erat magna multitudo cum eo et carina multa
steterant magna cum velis iuxta rippam flui Ister ex parte Budensi.
Quod audivimus secundario iam cesarem Zoltan Zelim delusum
fuisse sub Vienna et fugam dedissent infra ad regnum suum.

Quamobrem castorem suum inter Förtökez descendere fecis-
set. Extunc tota gens moriebantur de granda famelia et ibi inge-
nia sua multa sub terra fodere fecerat et tota tentoria suarum ibi
relicti erant cum hastibus. Et Germani non credebant fugam de-
disse cesaris Turcarum, solumodo unus Hungarus huzar equitavit
celeriter adversum castorem Turcarum. Et respectum habuit a Ger-
manis, quod exploravisset Turcas in castoribus suis. Et nullum
Turcum intuisset, solumodo ita stat castor Turcarum cesaris. Et
post hec irruentes ad vacuum tentoriis et depredaverant omnia
eciam ingenia, quas sub terra fodebant, omnes de terra evellave-
rant et ad Viennam deducere fecerant.

Extunc quod audissent cesarem fugitivum ad partem Scla-
vonie, ilico post ipsum sequebantur eum Valentinus Therek et Pau-
lus Bakit, Franciscus Nyarhydi et Koccian de Vienna cum castore
moverat se cum armigeris.

Cumque iam divertissent adversus Viennam de execucione
cesaris, extunc, kanchie appellabantur inter Turcarum cesaris, erant
viginti milia in numero et supra Viennam fuerant, triginta duo
milia supra civitatem Linch et usque ad Rezen. Cunctas illas re-
giones cum ferro et cum igne devastaverant et captivos multos
deducebant. Quod audissent pagani, quod cesar Turcarum dedis-
set fugam et non spectavisset eos, valde mox timerunt et quasi
amente essent in terra aliena et valde mane surrexerant, cum cap-
tivos et festinabant iam post cesarem. Inde exploravit mox Paulus
Bakyt in habitu Turcalium. Quod senssisent Turci, quod foret
Paulus Bakytt, ilico contra eum irruentes Turci et coacte perse-
quebantur eum, sed nil potuerunt ei quicquid facere. Inde quidem
Valentinus Therek et Franciscus Nyarasy et alii boni viri milites
hausi leto corde super equos suos vibrabant sese. Et Palus Bakytt
venerat et interrogavit Valentinus Paulum, quomodo sunt. Et Paulus
declaravit, quod essent multi et captivos ducunt copiose. Ergo nos
quanti sumus? Contra eos non possumus conflictum habere. Dixit
Valentinus ad Paulum Tracianum: Non timeas, non sunt. Et ecce,
fratres mei milites christiani, Turci distorte veniunt, nos autem
parati sunt ad ictum cum eis. Ergo, eya milites, hodie Deus no-
bis triumphum dabit. Et statim repenthe adversus eos occurramus,
ut ne et ipsi aciem suam preparent sew ordinarent. Et ipsi Turci
non videbant eos christianos et sic eadem forma ictum habuerunt,
sed inprimis belli ductorem Turcarum caput unus miles nomine

Stephanus Sisman subito amputaverat et tanto melius habebant cor tutum. Et Deo adiuante cum magno triumpho exstiterunt ita, quod expugnabant eos paganos ad decem miliaria, ut quod nemo ex illis unus minus ausus fuit ad predandum vel ad spoliandum descendere, sed usque ad finem persecuti fuerant eos ita, quod qui pedester fugam dabat ad silvam, de equibus descendentes ac relinquebant. Ipsi soli errabant, fugere nesciebant et in silvis postea laici, quod sensissent eos expugnatos per christianos milites, caterwatim circuibant silvas ac multos occidebant eos rustici et spoliabant. Tres mulieres octo Turcos interfecerant in clibano uno cum focis tangentes in capitibus suis. Ita quod octavas natiuitatis Marie fuerant expugnati.

Postea venerant aliqui, sed pauci pedester ad Budam, ubi duo, ubi quattuor, ubi octo cum corporibus suis maceluntis, qui dicebant pagani non comedentes per tres menses panem, sed solummodo fructus in autumnis. Et in Bude postea Turci eos fovebant cum cibis carnalibus et sic inspirati erant per alimenta in corpore et sic postea currebant ad domum patrie eorum etcet.

Inde quidem quod nos audivimus sub Strigonie obsidentes. Cum rex audivisset et Ludovicus Gritti, terruerunt mox cum tota gente suarum. Et nos, fratres charissimi, quod cum Turca gente tenebamus, quo ire. Et mox guerra Turcarum, super aquas qui erant, quasi cum flagello expugnassent, ita tam cito ewanuerant, cum audissent venire Kocciander cum militionibus suis. Et inde Valentinus Therek et Paulus Bakytt cum castoribus suis integre ad defendendum Strigonem. Et rex Ioannes cum gubernatore Gritti ita venimus, quod iuxta flui Ister pernoctavimus iuxta villam Zent Endre et in die festo mane undecim milia virginum sub papilionem suam rex missam audivit. Et ad Budam veneramus ad horam prandii.

Et granda naves, que erant iuxta rippam Ister, unus magnus Turcus venit, ut debet rex maiestas sua precipere, ut querant in carinis captivos christianos, ut paciffice absolvatur. Et sic multos extunc solvebant. Et una adoloscetula Hungara nunquam volebat exire, sed libenter permanebat cum Turko, iam quem cognoverat pessima mulier. Et nequaquam ad virum suum volebat revertere, sed vim postea tangebant in cullo bestiam. Et sic deliberati erant de ratibus Turcarum et mirabantur, ubi tot captivos depredassent. Sed nocte ducebant ad venundatores Ismaelitarum homines christianos.

Et sic absoluta erat arx Strigonie per Deum vivum. Ergo Deus conferet bella propter innocentes et egenos et propter orphanos christicolos.

Post hec audivimus Bude, quod Cocciander post miliciam expugnacionis Turcas per Valentinum Terek et per Paulum Bakytt, que lucrum triumphi Ioannes Cocciander habuisset, promptum spoliare tergora suarum paganis. Et rixa inter eos, dixisse fertur, crevisset propter lucrum triumphi et sic festinacio eorum post nos tarda erat. Et sic de sub Strigonia arcis confuse venierat dominus gubernator insimul cum Ioanne rege ad Budam.

Rex elegit iterum circa cesarem Turcarum dominum gubernatorem Grittim et dedit ad manus rex Ioannes unam sellam valde preciosam, quam, fertur dixisse, prevalebat septuaginta quinque milia markas, in donum cesaris Turcarum, ut ne amitteret eum regem Ioannem in magnam perniciem. Dominus gubernator cucurrit velociter erga cesarem cum resumpto animo et unum vexillum supra erigebat coram gente sua ad iter regnum Turcie. Erat cum eo in legacione sua Ioannes Doci, Ieronimus Lacki, Urbanus Battyani et sic alii de Hungaria cum eo multi abibant mixtim cum Turcis. Et punctum Anthiokis inter se exercebantur et Turci bacum de Hungaris rursus exercebant in dies.

Et post hec rex etiam preparavit sese de Buda descendere versus Themeswar. Inde elegit in arce Buda litteratum Symonem latronem et iuxta ipsum Gregorium Pestieny et monachum Franciscum de Frankapanibus et dominum Stephanum Verbwchi et cum eis multi milites Hungarorum permanserunt cum eis. Et rex mihi iussit, ut si aliqua prodicio nasceret inter se, ut ego intimarem in litteris erga eum, me permisit in arcem Budam.

Symon litteratus me valde me in oso habebat. Ego consiliai animum meum, quod si ego scriberem contra eum ad regem et ipse sentiret, mox me latitarent in cavernis macerie. Et ego statim post regem et regem aproinquaveram in una villa Nag Iratus. Et rex cumque me vidit post ipsum euntem de Buda, mox fui et habui odium in se, quod residenciam non perlustravi usque ad finem in arce Buda, quod nunquam gratiam potueram invenire apud maiestatem suam, sed per Petrum Petrovit.

Et transfretavimus per aquam flui Marusium in vadum Papi et intravimus ad Themeswar in vigilia omnium sanctorum. Et mihi iussit rex, ut ego sollennizarem summam missam aput monachos Dominicis. Et sic perlustravimus diem cum registatis et post prandium iussit rex civibus, ut intrarent ad arcem Themeswariensem, Quod audissent cives civitatis, premeditabant, quidnam hoc esset, et dubitabant de preteritis, que fecerant super regem Ioannem. Me cumque viderunt ambulantem in civitate, vocare fecerunt et me examinabant, quod, si aliquid sensissem de rege, quare invitare fecisset eos arcem. Ego dixi: Nil et nil cogitatis de ipso erga vos aliquod malum, sed bonum. Intraverunt cives ad regem in arcem Themes. et alios milites stetero fecit. Et in primis Hungariter rex fecit exordium locucionis coram civibus, et dixit: Petre, hodie tibi tradidi claves arcis Themeswariensis, ut sis deffensor ac protector egenis et viduis ac virginibus ac tocius christianitatibus. Et vos, cives, ipsum audite tanquam personam meam. Et cum civibus iuramentum fecerat, fecerat mox in arce Themes.

Et ibi rex moram habuerat duobus ebdomadis in Themeswar et movit se rex Ioannes iterum ad Lippam iam secundario. Et ibi etiam solacium habuit in duobus ebdomadis. Et mane surrexerat rex de Lippa, venimus ad Kowazy sub monte Makra, opidulus

erat et ibi pernoctavimus. Et mane surrexit rex, erat dominicus 11
dies in adventu Domini, ubi cantabant scolares in summa missa
officium: Gaudete, iterum dico, gaudete. Et unde surreximus, ve-
nimus ad Symandh et ibi tribus diebus solacium habuit sua ma-
iestas. Et de Gywla Emericus Cybak non venit ad regem, quasi 15
tenebat eum ut traditorem, sed non in facie, qui devocionem o-
stendebat in ore suo et fraudem meditabat in corde suo. Unus al-
terius non credebat. Et iste Cybak, quod pervenerat ad magnam
villam Soklo, postea ibi venerat in obvium suum regiestatis. Ego 16
quidem pauper latitabam coram eo propter regem Ioannem, quod
ego sepe redarguebam ipsum, quod regi Ioanni non bene serviret
iam in fine ab infancia sua. Et regem non permisit ad arcem ire 17
Gywlsenem, sed hospicium apud parocum permisit quietem ha-
bere. Ibi rex valde suspirabat in naso, quod eum rex iam in ma-
gnificum elegerat Emericum Cybak et iam nimis erat ingratus
contra regem Ioannem. Et rex in Gywla civitate spacium habuerat 18
tribus diebus. Unde surreximus, venimus ad villam Deche et ibi
prandium habuit rex.

Et venit ad regem Vaywodich, quem principaliter miserat sub 19
Palotta arcem prope Albam Regaliam, et Turcos pedites de con-
kis suis nazandis simul cum Momen vaide et ut Ladislaum More
de arce eriperent Palotta. Et infra mensis duobus super eum con- 20
triebant muros eiusdem arcis et Ladislaus Fichor iam perterritus
erat. Et istum Idumeum Ieronimum Lacki clam ad se vocare fe-
cerat et ipsum valde renumeraverat cum argenteis vasis et aureis.
Et sic eum deliberaverat Vaywodich Lacki et, quod pauperes Turci 21
consensissent, quod fuisset aliqua tradicio per Lacki, atamen si-
mulans erat. Sed rex pauper recordatus erat sepe in corde suo et
non valde solebat eum videre, quia, qui audet tradere dominum
suum, libenter eciam audet interficere dominum suum. Sed semper 22
habebat pedites robustos viros Hungaros ad portam suam et
permitebat habere arma sub veste ianitoribus habere, quia nescie-
bat cui credere.

Et inter hec audivimus dominum gubernatorem venturum fore 23
in Zeghed. Et venit rex ad suam villam sacre corone ad Mester-
zallas et ibi pernoctavit et cum eo Cybak. Mane surrexit rex post
missam audiendam ad Thizawarsan. Et in diebus erat quattuor
temporum nativitatis Domini anno 1.5.37.

Et Gritti venit ad regem, solumodo ambo tractati erant in 24
sermonibus suis. Dominus gubernator iterum retrorsum cederat ad
Turciam, sed personam suam unum Tallum Turcum eligerat ver-
sus Budam cum aliis Turcis. Et quod Cybak Emericus sensisset, 25
quod dominus Gritti a rege missus esset, iterum venerat ad re-
gem Ioannem. Et ego coram rege astabam et valde dominus Cybak
ad regem loquebatur, quamobrem istum paganum eligisset in gu-
bernatorem. Optimates Hungari non indigebant, quia dominus gu- 26
bernator veritatem diligebat, Hungarorum quidem valde contrarie-
batur veritas, ipsis non eminebatur. Quia dominus gubernator quod 27

iam sensisset, inter Hungaros veritas Dei sub planta abditaret eorum, dicebat dominus gubernator: Ego video inter Hungaros iusticiam Dei ewagasse ac abscondisse, sed accendam lucernam magnam statim et volo requirere eam Deo adiuvante.

Rex cum domino Cybak equitavit ad sollennem diem nati-²⁸ tatis Domini ibi sollennizare. Me quidem cum Cedi Leonardo in quadriga Thamasi Bernardi, nos tres fuimus et dominus Vaywodich cum Stephano doctore. Et venimus sursum versus Budam. Et dormivimus in Pilyis et secundo die venimus ad Pesth. Boza²⁹ Benche intimus cubicularius derelictus erat in hospicium regiestatis in Varsan, propter quod erat valde timefactus propter multas credencionalium factas et totaliter erat mox nudus corpus ipsius cum stercora bovinarum intrisecus lineatus. Et ibi rex ami-³⁰ sit et sic Ioannem Cassai eligebatur in locum suum cubiculatore.

Et nos venimus ad Budam et ego iterum ad locum meum³¹ cappellanatum resedi et provisor erat adhuc Symon litteratus et me non valde amabat.

Et cumque pervenimus ad annum nowm, dum scribebant³² 1.5.38., et inter carnis privium fecerant magnum ludum in cena et in prandio Symon litteratus et deridebant dominum gubernatorem de modis Itarum, videlicet, Nadasdi Thomas et Paulus Pozaka de natione Zalka et Ladislaus notarius Simonis provisoris Budensis. Et de civitatibus pulcras adoloscentulas intro invitaverant ad³³ prandium et ad cenam et viros suos inebriabantur et recenter mechabantur cum eas. Et unam nunquam potuerant declinare ad mala,³⁴ sed perfecte permanserat in castitate matrimonio, nomine Zigarto Thamasne. Alii meretrices in oso habebant propter perfectam probitatem suam.

Et unam famam refocillare fecerunt, quod dominum gubernatorem cesar Turcarum decoriare fecerunt Turci in urbe Constantinopolim et de uno thurro cutem cum straminibus inplevissent et extra per unam hastam trudissent. Et locum tenens habitabat in³⁵ domo domini Gritti nomine Tranquillus et hec omnia audiebat et non presumebat contra eos quicquid locutus fore. Et tricesimatorem Ioannem litteratum de Bogad et iste erat locum tenens et tricesimam ipse accipiebat. Et ipsum valde deludebant et infe-³⁷ stabant predicti latrones et volebant ab ipso rationem accipere et non adherebat eis. Et dicebat Ioannes litteratus tricesimator eis: Ego vobis non possum dare, quia vos mihi non dedistis mihi ad³⁸ manus meas hec officium tricesimatoriam. Quomodo possum dare vobis, quoniam, si dominus meus venerit et dominus Deus reducerit, ei reddam rationem, sed vobis nequaquam. Et dixerunt illi³⁹ Phariei predicti, qui ficticiniam composuerant, quod dominum Grittim turpissima cesar necavisset et nunquam ad Hungariam amplius revertetur. Respondit Ioannes litteratus: Non dicite talia, domini⁴⁰ mei, quia nudius tercius dies iam est, quod mihi allate sunt domini gubernatoris ad manus meas. Ipsi e converso dicebant: Nil est. Sed irruerant ad hospicium domi Ioannis litterati isti latrones p:c-⁴¹

dicti Thomas Nadasti et Symon litteratus et Paulus Pozaka et plus quam duo milia markas abstulerant de hospicio suo et insuper duxerant ad arcem Budensem captivum et posuerunt eum in angusto loco et uxor eius permanserat nuda cum liberis suis. Et tales erant Hungari in tradicionem bona eorum.

Demum audierunt, quod iam tendit adversus Hungariam. Tamen¹² merunt, quod stolide ac insana mente fecissent. Venit rex de Transilvania iterum ad Budam post Parasceven ad festum ascensionis Domini. Et intravit rex ad arcem cum multis militibus ac dominis egregiis. Cum vero rex sine prandio, libenter coquerent regiestatis, non habebant ligna, sed omnia destribeant provisorii curie arcis Budensis. Interrogabant, cuius fenum deberent fenum et pabulum pro equis regiestatis dare. Et dicebant: Non habet hic⁴⁴ rex neque fenum neque ligna ad coquinam. Et ipse hec audiebat et nil respondebat. Ego cumque audivi: Noh, vere appellabant ipsum tempore vayvodatu suo isti milites limites, quod esset Chaterina vayda, et vere rex est Catelina.

55

Interim venit dominus gubernator de Turcia cum caterwa sua.¹ Sed iam Ioannes litteratus de arce Buda per aliqua corda, quod uxor sua sub palio portavisset ei, et sic absolutus fuisset. Et eodem tempore frater Georgius cum rege ambulabat et Paulus erat exigitor in multis annis sine ratione redenda. Et dominus gubernator rogabat de ipso centum florenos. Et ipse Paulus pusculus stature erat et, raro breves humiles, negavit dare. Et fecit captivare, quamobrem famulum suum tricessimatorem spoliasset in murata civitate et Simonem litteratum ad modum. Sed rex Ioannes excusavit eum latronem de manu gubernatoris. Illum Paulum Pozaka suspensus erat in octava pentecostes et alter wlpis Thomas Nadasti tempestive exilium fecerat de Buda. Et ius fecerat dominus gubernator contra eos et lex iuste sibi devenerat et in domo sua iam Paulum litteratum suspendentem amiserunt in patibulo. Et divertisset populus ad civitatem Budensem, dominus Tranquillus quatuor milia florenorum reperiebantur in domo sua. Quod si dedisset unum miliam florenorum, mortem non patuisset Paulus Pozaka.

Et Symonem Sclavum extra truderunt de arce et in loco rex maiestas sua cum domino gubernatori fratrem Georgium elegerant et provisorium Budensis arcis, ut provideret ad necessitatem regiestatis. Et bene ipse procurabat ad mensam regiestatem, quod ipse⁷ ordinaverat arcem Budensem cum victu et copiose impleverat arcem Budensem, triginta tres vasa vini statuerat et quatuor milia lardones et insuper pulves copiosas plus quam ducenta milia massas recondebat in arce Buda et ligna ac fenum ad regiam maiestatem necessitatis et ffarinas multas, quamobrem etiam timebamur a Germanis obsidere arcem. Ita fertur dixisse monacho Georgio⁸ fratre, quod decem milia modiis Budensibus implevisset arcem Budensem et omnibus satis fuit ad horam prandii et cene.

Interim, quod iam residerent pacifice in Buda, videlicet, rex 9
 Ioannes, ante Lodovicus Gritti gubernator et dominus cancellarius
 Stephanus Verbwchi et monachus Groph Franciscus et sic de sin- 10
 gulis. Et cumque oportebat venire domino gubernatore ad curiam
 registatis, extunc veniebat cum ducentis peditibus recenter cum
 pixidibus ac cum gladiis et fustibus ac cum igne incenso canoth 11
 et applicantes vestes suas ad lumbos. Et cum pennatis capitis ince-
 debant coram gubernatore, dum iret ad arcem in consilio regie- 12
 statis sepe numero. Ego semper talia in corde meo gerebam et
 sobrius eram. Semel dominum Pestieny solum inveni ambulantem
 pro spacio et illa dicta declaravi bene cuncta sibi et mirabatur. Et 13
 dixi sibi: Ita curam habeatis, quod semel omnes in consilio vestro
 cum rege capite privati eritis, quia maxima pars servorum regie-
 statis adhererunt sibi in servitute ac ad mensionariam suam ster- 14
 terunt, qui sunt nominati. Et rex non habet iam tot milites Hun-
 garos, sicut dominus gubernator. Ait mihi dominus Pestieny: Vere,
 pater Georgy, non cogitasset ego hec, sed curam habeamus hac-
 tenus. Et sic domino cancellario Stephano Verbwchy declaravi. Et
 quod hospicium habebat dominus gubernator iuxta domum palatii
 domini cancellari, sepiissime tempore cene et tempore prandii fu-
 rabantur parvuli militibus ac dominis quos per vim, quos per dona,
 quos per magnam astuciam. Et sepiissime discordia ac iurgia sur-
 rexerat inter se curialibus dominis gubernatoris.

Et quod hec talia sonuisset in auribus registatis ac domi- 15
 nis optimatibus, swaserunt regem clam, ut viam sibi prepararent.
 Et sic preparaverunt ei viam iterum erga Turcarum cesarem.

Et iterum vexillum erexit suum ante hospicium et iam nos 16
 simulatim gratulamur, quod iste serpens movit versus Turciam.
 Et cum eo proditor ac instabilis Ioannes Docy ac Urbanus Battyani
 et Loqos Kalai et Michael Chaki cum militonibus suis. Et insuper
 Lacki Ieronimus adherebat iam sibi et viam resumpto animo suo
 erexit sese per Transsilvaniam.

Et hec quod sentisset rex, quod viam erexisset sibi, dolebat 17
 et nesciebat causam, atamen inprimis erat bonus in humanitate
 sua. Ego intellexi causam, quod demum contra registatam suam 18
 erit demum, quia iam dominus gubernator Gritti per consilium
 latronum seductus est, videlicet, per Ioannem Docy et per Urba-
 num Battyani, quia iam Ioannes Docy erat vice gubernator post
 ipsum et magnum habebat mandatum, quia natura erat in ser-
 mone sua valde blandimentus ac in moribus faventissimus cunctis
 domino suo Lodovico Gritti, quod postremum uxorem suam sedu- 19
 xerat ei in thoro suo domino gubernatori. Et istam infamiam au-
 dieram ab ore Ioannis regis ad facie apponentem pro ea, que de-
 mum audiemus melius.

Et iste dominus gubernator, antequam dum aberet iter adver- 56
 sum Turciam, fecerat congregacionem magnam in Bude inter Hun-
 garos optimates et inter nobiles comitatum et ignobiles. Quod

cumque venissent, locum deputaverant in claustrum sancti Ioannis Battiste. Et inter regnicolarum intravit et cum eo vice gubernator² Docy Ioannes. Erigerat se inter regnicolarum Hungarie et dicebat opinionem suam sic ac desiderium cordis sui: Audiatur dilectiones vestras, videtis vestrum in dies periculum venientem super vos serorso et deorso. Ego tantam habeo virtutem potestati mei, quod ad futurum Deo adiuvante edomare possum eos. Precipue quidem cessarem Turcarum leviter, quod dum dum vivet et regnat cum filiis suis et post decessum eorum eritis in magna tranquillitate. Quod vobis⁴ non erit necesse bellicandi et insulam regionis Sirimiensis deliberrabo vobis. Et deorso hostem nostrum regem Ferdinandum volo edomare cum vii propriis meis. Ecce videtis, domini mei Hungari,⁵ quod ego non habeo et neque habere volo alios in servitum vestrarum, solummodo Hungaros, quod si quis ex vestrum cogitaret falsam mihi propositionem coram magnatibus vestris. Quia iam,⁶ quod suscepi onus vestrum gerendi ac curam maximam de hac re predicto, sine expensa nil possumus facere.

Et ista verba domini gubernatoris erat Ioannes Docy interpres⁷ et iuxta ipsum semper astabat, quasi satan. Ita iam sibi credebatur dominus gubernator, quod si dixisset sibi, ut ne comederet usque ad tertium. Ita diligebatur unus alterum, quod ad futurum⁸ vincebatur pauper gubernator per consilium stolidum Ioannis Docy, que resciamus melius ad futurum in scriptis. Contra propositionem iam domini gubernatoris nostri Gritti hic rumor incitata erat in regnicolis, qui dicebant, quod demum non perfectum. Qui autem⁹ dicebant, quod non esset durabilis in promissione sua. Quia est aliena gens, quomodo nobis esset fidelis? et sic de singulis diversimodi parabolabantur ac demum non potuerunt quidquam facere velle nolle, hoc poscet, quid vult.

Alii dicebant, quod regem nos habemus, non est puer, sed¹⁰ est maturus homo, ergo vertamus ad eum. Quod vult rex, quod si oportet nobis eii obedire aut non, quia super nos petit expensam. Et ad regem miserunt duos legatos, unum Bayoni Benche,¹¹ Bekeny Benche ex nobilibus, et sic regiestatis referaverunt articulos questionis suos. Et rex Ioannes amare subaudiebat in arce¹² Buda et relacionem talem fecerat rex Ioannes regnicolis: Bene recordetur tota nobilitas regnicoli Hungarie, in quantis ei servivi et barronibus regnicolis Hungarie, de quibus mihi quattuor vicibus iuramenta facerant, ut me audirent, sed non audierunt. Magis ego¹³ traditurus fueram ab ipsis in Tokai et in Scina ac in Buda. Quod si mecum non fuisset ista Idumea gens, diu fuimus exalatus de mundo. Ergo ipse est gubernator vester, ipsum audite.

Et venerunt legati iterum inter regnicolis et tali modo referaverunt toti regnicolis. Quod istam relacionem retullentibus eis audierant, mox in silencio maximo depositi erant et nesciebant quidquam proferre contra relacionem regiestatis. Stephanum Verboçy valde refocillabant eum, ut loqueretur aliquid ad utilitatem regnicolis Hungarorum. Nil respondebat, sed taverat, quasi amens,¹⁵

et hec dixit eis communiter demum: Quid silemini et quid auditis? Interrogate iam dominum gubernatorem nostrum, quid vult a nobis regnicolis petere. Nil aliud, non multum, sed exceptis magnatibus nobiles et ignobiles ac ecclesiam etiam, quilibet prenotati medientem rebus suis, ut patet, de auro, de argento, de pecudibus, de quibus, que sub se habet. Et ista sit exigitor vicecomes quilibet in comitatu suo. Et insuper habeo quadraginta massa de croko. Et per comitatibus ac per civitatibus et per nobiles sit distributa inter se libra cum tercio dimidio. Quia Deo adiuvante veni vobis aureum montem in Transsilvaniam, et illam debet mihi refocillare die in dies cum expensis vestris, que mihi obtullere debetis. Et post decessum mei relinquam vobis.

Vere prophetaverat, quia nunc etiam illa banya aurea pro- ducit bonum aurum, atamen prius rex Ioannes inceperat fodere, dominus gubernator, et Deus sibi commiserat sibi invenire. Quia unus antiquus civis erat, tanquam patrem tenebat, ille civis, qui in Transilvania manet in civitate Koloswar.

Et post congregacionem absolutam, quemadmodum descripsit eis, ita inceperant exigere. Sed illa exigatio ad futurum non erat in se perfecta dura, sed indurabilis, que demum audiemus.

57

Iam quomodo mortem passi fuerant Paulus Artandi et germanus eius Blasius Artandi, dum scribebant anno 1.5.33. post absolutam Budensem a Germanis.

Quod germanus suus Pauli Artandi erat cum rege Ioanne in arce obsidionibus Blasius Artandi, et avnculus ipsius Paulus Artandi tenebat clam cum rege Ferdinando. Et que epistolas miserat erga Ferdinandum Paulus Artandi de quattuor comitatibus herentibus, qui veniret rex Ferdinandus ad expugnandam Budam. Et nuncium duxerant eiusdem captivum apprehendentes fideles registatis Ioannis ad regem Ioannem. Extunc erant quattuor epistole et presentavit epistolas solus rex Ioannes, quod allate erant ad manus eius. Quod perlegisset ac intellexisset rex Ioannes, valde admirabatur rex pauper et dicebat: Nunquam credidisset compatri meo, cui ego liberos duos baptizavi, et mihi tam insydias preparavit. Unde meruisset hoc de ipso? Hec dicebat coram nobis aulicis, non coram optimatibus.

Et fecit vocare Vaywodich ad se et venerat, antequam obsiderent Palotam arcem super Ladislaum More. Et ambo dumtaxat loquebantur susuro verbo, quod nos nil intelleximus. Atamen demum intelleximus, quomodo docuisset rex Ioannes Ieronimum Lacki, quomodo debet captivare Paulum Artandi, quod rex Ioannes permisit dare et donare arcem duas, videlicet, Lippam et Solmum.

Quia iste Paulus Artandi habebat iam aciem compositam adversum Ioannem regem, nesciebat cui adherere perfecte. Et castor ipsius erat ultra Thiciam. Et ipse spondit regi, quod fideliter sat agit. Et Vayvodich cito equitaverat ad istum Paulum Artandi so-

lumodo cum quattuor quadrigas et in quattuor optimos viros strenuos habuerat secum et in quattuor quadrigas bonos equos. Reda 9
 appendens ad eum Paulum et vidisset ex hac parte ambulantem pro spacio. Et super gas quadri viros ac milites reliquerat retrorsum et ipse solus tantum equitaverat ad rippam fluius Thicie. Quod 10
 vidisset Paulus Artandi Ieronimum Lacki, quod solus esset cum tribus equis tantum et Lacki Ieronimus destinaverat unum tantum surescentem et fecit vocare, ad se solumodo se ipsum veniret et non multum thardaret, eciam rursum reverteret se ad suum castorem, et venerat citra flui Thicie ad Ieronimum Lacki et iam, cum ambo essent, et fabularent. Et magnum sibi gaudium dominus 11
 Vaivodich retullisset, quod sibi donavit duas arces rex Ioannes, videlicet, Solmum et Lippam. Cumque audivisset Paulus Artandi ab ore Vayvodich, gaudium solacionis magnum accepit. Vere salutem 12
 sibi et reservire studebo fideliter hactenus propter arcem Solmus et propter arcem Lippam, adhuc ad infernum irem propter. Et mox clamavit ad castorem suum pro cubiculariis suis, ut offertur vinum bonum ad victimam domino Lacky. Ait Lacky: Rogo d. v., quod 13
 nemini pandere debeat vestra d. Et sui milites in villa, quos relinquerat, apropinquantes subito rapuerunt eum, videlicet, Paulum Artandi servi domini Lacki et subito iactaverunt sursum ad quadrigam. Et repente moverunt cum eo equi quadrigas versus Budam. Clientuli sui ultra a parte flui Thicie clamabat Paulus, ne miterent 14
 ipsum captivum de castore suo. Dum navigarent servi sui per fluium Ticie, inde, Ercle, iam plus quam unam miliariam duxerant eum proxime Hewes et non intraverat cum eo Vayvodich ad opidulos neque ad villas, sed eadem die una et nocte venerat ad Pesth vadum. Neque intravit ad civitatem Pesth, sed iam in aurora 15
 erat, quod citra fluium Danubii remigaverant cum eo dominus Lacki. Et regi Ioanni intro presentaverat.

Sed antequam iam ad scitum dederat Vayvodich regi Ioan- 16
 nis, cumque in via esset ductus, fecerat intro vocare ad arcem Budensem rex Ioannes Blasium germanum Artandi. Cum venerat Blasius ad iussionem registatis ad arcem Budensem, in tercio ambitu arcis dum iret, ilico Franciscus Keressy ait sibi: Domine Blasi, sta hic, donec sua maiestas imperabit dominacioni vestri, quid oporteat facere. Mox pauper Blasius Artandi declinaverat caput 18
 suum magno merore. Et iterum venit Franciscus Keressi, dixit sibi: Domine Blasi, tu es ab hac die captivus registatis, ergo veni post me. Et iverant ambo et decuriones porte arcis et recluserunt eum in thurrim Stephani Haragos in loco duro et forti. Et post hec ita duxerant Paulum Arthandi awnculum suum idem ad arcem Budensem. Et ipsum Paulum collocaverant infra sub turrim in angusto statu thurrim Stephani Haragos et dum scribebant anno 1.5.33. in profesto Pauli heremite. Et integrum annum observaverat rex Ioannes. Sed cum voce domini gubernatoris erant captivi sub nomine suo, non ex iussione registatis, quasi sub titulo gubernatoris. 21

Et ita venerant obsidere repente, quia uxor Pauli cucurerat²² erga Ferdinandum regem, ut eriperetur de arce Buda vir eius Paulus Artandi cum germano suo ut liberaretur. Et voxor, credibile, copiosum thesaurum obtulerat regi Ferdinando, ut nequaquam vir eius ne sederet in vinculo carceris, sed absolvetur. Et ipsi paupes²³ unus alterum nesciebat, sed suspicabantur unus ad alterum, quod omnes essent ambo in captivitate regiestatis. Et ipsi sciebant,²⁴ quod volunt obsidere Budam et spem habebant magnam absol vendi metipsos. Iam ewoluto anno idem 1.5.33. idem obsiderat belli ductor Vilhelmus regi Ferdinandi, sicut scriptum est ut supra.

Quod iam venisset ad annum 1.5.34. quamobrem beati Thome²⁵ apostoli ante nativitatem Domini, quod iam absoluti fuimus Germanos, propter sollennem diem nativitatis Domini abierunt mortem, ut gaudia sollennis dies ne contaminata esset lugubre. Cumque²⁶ venerat dies beati Pauli heremite eciam, extunc dominus gubernator fecit ac iussit vocare lictorem, valde mane erat, quod intellexisset gubernator practicam eorum, quod ex licenciis suis pocius venissent Germani obsidere Budam. Sed intervaluto anno integro²⁷ rogabat rex maiestas sua tantum ab eis decem milia marks et nuncciaverat Paulus Artandi uxori sue, ut portare debeant. Sed uxor viriliter procurabat ad regem Ferdinandum, quod ipsa confidebatur, quod vir suus deliberabitur a Germanis, et ipsi paupes confidebant, ut absolverentur.

Post hec, quod venit dies et hora, statim vocare fecerant capell²⁸anum suorum nomine Zattyor paph et in aurora confessi fuerant circa ipsum capellanum eorum. Et ipse Zattyor paph bene habuerat anulos aureos sedecim et amborum vestimenta suas subductas sabellinis duas ei relinquerant capellano predicto. Et annos²⁹ sedecim variis lapidibus preciosis circum mancipate erant, ita quod Benedictus Boza centum florenos dabat pro eo, et non voluit neque demonstrare, sed negaverat cum astucia sua, quod si in manibus potuisset aprehendere, nunquam unum obulum obtinisset ab eo. Et de una vetula relinquerat plus quam sexaginta³⁰ florenos et ipse clam suscipiens sese cucurrerat ad plebaniam ad Chak inter Themeskez. Quia capellanus timebat demum ab uxore sua, ut ad futurum ab eo vi extorqueret.

Et iam ambo extra ducti fuerant ante ortum solis in die pri³¹mi Pauli heremite, capite trunkati erant in arce intus iuxta fontem chatornakwtt. Inprimis Blasio germano suo amputaverat caput ipsius tortor Budensis. Quod iam intuisset caput rasum germano³²suo, dixit: Vere germanus meus non habuit tot culpam, sicut ego, sed propter culpam meam patitur mortem. Et postea ipse etiam flexis genibus clamavit Ihesum tribus vicibus et ipse mox exalavit de mundo. Et postea portaverant duos oculos et corpora eorum³³sumsserunt in grabatum cum capitibus suis et extra portaverant in civitatem iuxta sacellum divi Georgii martiris et tota die ibi iacuerunt sub nigro linteamine ad mirandum populorum. Et post ve³⁴speras ducti fuerant ad sepeliendum suburbio Budensi in sacello sancti Michaelis archangelis.

Et sic terciario dominus gubernator transmissus erat in legacionem de rege Ioannis erga Turcarum cesarem. Et ad Fegwernek per aquam Thicie citra remigaverat et ad Debrechen et de Debrechen ad Warad. Et iste latro Docy Ioannes dirigebat eum, sicut unus satan, et Battyani Urban et alii similiter. Per villas et per opidos ac per civitates multa strupra et peragebant in itineribus suis, que Deus altissimus demum non patuit eis, de quo postea audiemus.

Inde rex Ioannes descenderat de Buda cum dominis et filius domini gubernatoris nomine Anthonius, qui erat optimus adolescens ac gracilis erat, et ipsum renumeraverat rex Ioannes cum uno equo cespite, quam prevaluisset sexingentos florenos, ita assererat rex sua maiestas. Et movit sese rex Ioannes ad Quinque Ecclesias et ibi solacium habuit quam unam mensem. Et Turci multi erant cum filio Gritti et ex parte ipsorum multa querimonia eveniebat circa regem. Flentes matrone ac eywlantes quedam filios, quedam filias et rex nil inibebat Thurkos propter serviciorum suorum Budensium, precipue propter gubernatore. Demum civitas surrexerat cum strepitu magno et ad regem miserunt legatum idem in civitate, quod si sua maiestas eorum curam non gerit, extunc profecto nos curam agimus. Rex audiens tam summam querimoniam commisit iudici civitatis, ut irent ad filium gubernatoris Anthonium et ipso acciperent relacionem prius et postremum et ipse curam ageret. Et erat iudici nomen Viffangus et erat de germine Alemanorum et erat valde furibundus. Reppente accessit ad hospicium suum cum satrabis suis et occipite ceco incepit infestare suam illustrissimam dominacionem, quia iam post Valentinum Turcum paraphum comitabant et iam Valentinus perlustraverat Turcos in castoribus suis et inter montanas Siliz cum gente sua morabat. Et Anthonius filius gubernatoris spondit iudici, quod silent in pace, ego refrenare volo eos. Et sic preceperat eis, ne aliquam iniurgiam excitarent, quod, si deinceps accesserit, capite plectitur. Et postec siluerant et demum iuramentum fecerant iudices ac iurati civi civitatibus regiestatis, quod iam essent fideles regi Ioanni.

Et adversus Budam iterum movit se et in via sua arcem occupaverat sibi, id est, Anyawar et iuxta Danubium flui egressi fuerant ad Budam. Quod si cucurrisset versus ad Albam Regalem, de unde ad Vespriniensem in episcopatum, potuerat ista sibi adipiscere. Sed demum in dies in effeminacionem currebat et nemo iam ab ipso timebat, sed pocius in sodalem suorum deputabat. Et unus Tracianus Balinttich de Lippa epistolam suam allatam ad manus suas a rege Ioanne erat preceptoriam capiens in manus suas, ilico conspuens et lacerans, sub pedibus palrans postremum ad ignem proiecerat. Sed gubernatoris Gritti epistolam metuebant ac colebant et amplexabant et demum solummodo preceptoriam suam solite accipiebant totus regnicoli, quam preceptoriam suam regis Ioannis, et semper efficax erat omnibus mandacio sua, quam regiestatis. Et

iste postea ad futurum Balintitt Tracianus punitus erat per regem Ioannem.

Inde Emericus suflatus erat Cybak in stomachanti suo quasi 14
contra regem, quod Gritti tam prolixam viam habuisset veniendi
dominus gubernator ad Budam. Et isti latrones refocillabant fa- 15
mam, quod per cesarem Turcarum esset direptus ac iugulatus, et
quasi rex eciam in dubium erat, quod tam diurnum viam habuis-
set dominus gubernator. Et dominus Cybak valde arguebat regem 16
Ioannem, quod in gubernatorem elegisset Ludovicum Grittim, in
memorable de ac re semper arguebat regem Ioannem. Ista verba 17
Cybakini sensisset extunc dominus gubernator, quia Ioannes Docy
et Urbanus Battyani valde habebant in oso ipsum Emericum prop-
ter nephandissima verba sua scurrillia, struppam cuique propina-
bat sibi, precipue Ioanni Docy, cum colloquis pravis suis merue-
bat eum, quod quanta supponuit de latere et de fronte. Aliud nil 18
pauper dominus Emericus Cybak in hunc mundum curam habe-
bat, dumtaxat de scortatoribus maximam curam gerebat de talibus
ad salutem suam et valde detractor erat.

Et rex Ioannes donavit sibi arcem optimam ac cum regione 19
sua in Transsilvania Hachagh, Hunyadwara vocitabatur, et dona-
verat, quod, si potest de Germanica parte adipisci, et alias castel-
las ab eis optinere sibi esset. Et dominus Emericus Cybak gavi- 20
sus erat ac letus et sese constituerat cum gente copiosa et fecit
clamare sellariam lunaciones peditibus tres florenos, equitibus quat-
tuor. Et vexillum suum fecerat pingere de auro fulgido et arma 21
sua dentes luppinarum pingere preceperat pictoribus et movit se,
tanquam esset secundus gubernator. Et predictas municiones sub-
iugaverat sibi et ille pessimus homo non tenebat a rege Ioanne,
ne apropiabat sibi ac ingratus erat sibi. Quod in Hungarie regno 22
ipsum in magnum magnificum et totum vlgum sibi seduxerat, et
ei omnia promitebant arces et alias municiones, sed non regi Io-
anni. Quod nepus erat regi Ioanni, ab adolescencia sua, in multis 23
fideliter quod servivisset sibi, favebat, atamen demum sibi ince-
perat propinare sibi amaro liquore, quia inimicus non potest esse
maior domino suo, qui secretarius vel cubicularius foret contra do-
minum suum. Ita Cybak agebat Ioanni regi et de ac re Ioannes 24
Docy maximam curam gerebat. Et dominus Vayvodich credebat
solum contra Ioannem regem et in elacione sua existimabat se be-
ne stare.

Et venit interim de regno Turcie ad domum Budam et valde 25
vigeat ista fama, quod in regno Thurcie decrevissent cum domi-
no gubernatore, videlicet, Ioannes Docy esset palatinus, Urbanus
esset vayvoda Themeswariensis et Lacky Ieronimus vayvoda Tran-
silvaniensis, quarto et ultimo, quod rex esset Ludovicus Gritti 26
Hungarorum. Iam secundus foret post regem Ferdinandum intru-
sus contra regem Ioannem. Et quod hec sensisset rex Ioannes contra
se statuentes in urbe Constantinopolitane. Deus altissimus eruerat
eum demum a talibus versuciis nephandissimis.

Iam Lacki in hospicio civitatis subaudiebat et iam nolebat 27
 registatis astare neque mandatis suis obedire. In arce Buda rex
 loannes simulans swadere cepit se ipsum, quod melius esset regi
 loanni captum habere latronem, tanquam proditorem ponere man-
 cipatum in loco angusto Pauli Artandi. Et loannes Zalancy asta- 28
 bat regi loanni die noctuque equo animo cum loanne Fekete et
 ait rex loanni Zalancy: Curre statim et dic Ieronimo Lucky, quod
 nunc mihi allate sunt in manibus littere domini gubernatoris, quod
 in via iam egressus esset versus Budam. Cumque loannes Zalancy 29
 protullisset ista verba domino Lucky, mox surrexit de lectulo sive
 expergefactus fuerat. Atamen antequam multociens invitare fecerat
 rex eum, ut veniret ad eum, sed semper excusabat se cum egrit-
 udine sua. Sed quod audisset gubernatorem venientem versus Bu- 30
 dam, ilico imperavit servis suis, ut eum meliorem statim aduce-
 rent cum sella. Et sic duxerant eum sibi. Ascendens cepit ilico 31
 iactitare ac strepitum facere per vicos platearum Budensium, quasi
 nunquam febrem sentisset. Quia sub custodia erat, die noctuque
 triginta duo viri custodiebant.

Quamobrem iam occupabat sub nomine gubernatoris, id est, 32
 arces ac civitates et opidulos. Quasi demum tenebant regem Io-
 annem infimum et priusquam voluerat obsidere episcopatum Va-
 radiensem, et minato verbo rogabat sub nomine domini Griti. Quod 33
 sensisset rex ipsum non esse durum in fide sua, pollicitus erat
 ei rex, sicut Artandibus, unum arcem Kesmark inter limites regi
 Polonorum stita est. Et propterea repagulatus erat in civitate tem- 34
 pore iudicis Bartholomeus Etyeki. Et post unam horam refocilla-
 verat novam famam sibi loannes Zalanchi, quod gubernator esset
 in Nagthwr. Et mox super eum suum cucurrit gaudenter ad ar-
 cem Budensem, quia iam nil verebatur de rege Ioanne.

Quod iam de equo intus arcis descenderat, dixit castella- 35
 nus Stephanus Amade: Non ascendas ad regem Ioannem, quia
 iam es in vinculo carceris. Equum suum abstulerunt de ipso agazo
 regie maiestatis et ipsum deduxerunt in locum Pauli Artandi. Et 36
 inde irruerunt aulici registatis in civitate ad hospicium suum et
 thesaurum suum multa invenerant de auro et argento et insuper
 litteras multas traditorias ex undique contra regem Ioannem. Et 37
 cuncta presentaverant ad manus registatis et inceperant perlu-
 strare et legere. Extunc maiorem prodicionem invenerant contra
 regem, quam Paulus Arthandi. Et rex ad facie sua destinabat et 38
 perlegere faciebat coram ipso et tacebat ad modum terra. In mense
 Augusti erat.

Iam Lacki Ieronimum arcta loca tenebat eum et fecerat se 39
 egrotum in captivitate. Et rex protullit unum Italum fisicum ei ad
 medendum et me concessit sacrificare coram eo in habitaculo car-
 ceris, quia sciebat me rex conscripsisse contra eum ad Petrovitt
 sub arcem Palatha super Ladislaum More, quia ipse Lacki Iero-
 nimus deliberaverat eum, latro latronem, et per eum absolutus erat
 Ladislaus More per multa munera thesauri, sicut scrip'tum est.

Postea ego fui coram ipso in carceris et ego ipsum mox cognovi 30
sectam suam Lutterianam confessisse. Et tunc per ipocrisim audi-
ebat divina misteria, quod valde erat astutus in moribus suis. Et 41
ego cum eo multa obiebam obposito sibi questionis, que tene-
bat sophisticam suam. Postea ego enarravi regi, quod esset de
Pharahoni genere.

Postea inter hec sonuit in auribus nostris curialibus, quod 1
dominus gubernator foret in Transsilvaniam et intellexisset, quod
contra gubernacionem suam dominus Cybak surrexisset et in offi- 2
cio suo incurrisset, quasi aliunde ascendisset, quod castella et ar-
ces cum possessionibus suis multas subiugasset sub se. Et iste Io- 2
annes Docy semper in auribus domini Griti dabat et augmenta-
bat suas malas condiciones, quod contra illustrissimam domina-
tionem vestram presumssit accedere in officium magnificencie ve-
stre, ideo rogo vestram magnificenciam, curam habeat de ipso.
Quia si curam non egerit vestra magnificencia, extunc erit ipse 3
contra illustrissimam d. v., quia, donec ipse vixerit, non possumus
expedire de re illa, que decrevimus in urbe Constantinapolis.

Et Urbanus Battyani sic coram gubernatore swadebat eum, 4
ne viveret sub gubernacione vestre magnificencie. Qui est potens
et regem Ioannem tripliciter iam tradiderat ad mortem, sed Deus
miro modo observavit eum ab ipso Cybak. Et insuper infamiam 5
contra illustrissimam dominacionis vestre nascere fecit, quod cesar
Turcarum vestram m. decoriasset et cutem cum straminibus in-
pletum de thurrim extra per unam hastam sew trabem trudendus
foret vestra illustrissima d., et tota regio Budensis declarata est.
Et ipse Cybak est causa efficiens.

Et ambo, quicquid poterant contra Cybak coram gubernato- 6
rem, multa opponebant contra Cybak. Et sub se Hungaros mul-
tos habebat propter largam mensionariam suam, fugiebat, quia
iam demum Ioannes rex nimmis pauper erat. Propterea erat rex 7
avarus, quia non habebat iam unde accipere. Et ipse gubernator
valde copiose distribuebat pro serviciis militibus Hungarorum et
currebant ad eum, sicut Antichristum. Et erat miles adolescens 8
quidam Hungarus nomine Franciscus Paxi cum quinquaginta equis.

Hec accusationes, que fiunt in dies contra Cybak Emerico 9
coram gubernatore, sonuerat in auribus Emerici Cybak de verbo
ad verbum, quod dominus gubernator adversum haberet furorem
contra Cybak. Et iste Cybak fecerat unam cratem de puro fulgido 10
auro ex duodecim pondere markarum et cum fabro auri Budensi
Cristofero sculptare fecerat et cum lapidibus hornata erat. Et epi- 11
scopatum Varadiensem cum regionibus suis et Givlensem arcem
cum possessione ac arcem Vilagoswar cum possessione sua ac ca-
stellum Posam cum possessione sua ac arcem iam Hwnyad cum
regione sua ista cuncta prescripta gubernabat ac possidebat et ha-
bebat thesaurum plus quam centa milia marcis in promptu pecu-

nie. Movit se dominus Cybak de Waradino ad Transilvaniam erga 12
gubernatorem cum paucis tantum viginti quinque equitibus non
habens sub se ad equitandum ad gubernatorem. Et transvexit se 13
ad Transilvaniam erga gubernatorem, ut cum muneribus suis edo-
maret rankorem suam erga ipsum, et nesciebat melius Ioannis
Docy rankorem suam relaxare, et nunc viveret Cybak. Et cum eo 14
sumserat Petrum sacerdotem Crowacum et cum eo Gotthard Kwn
et nobiles adoloscenscentes tantum cum eo erant.

Et iuxta Koloswar castra metatus erat dominus gubernator et 15
Cybak Emericus iuxta civitatem Zeben. Quod audisset Emericum
Cybak iuxta civitatem Zeben dominus Gritti, in vicinitate sua ca- 16
stra metatus erat. Dominus Cybak dedit ad manus Petri sacerdo-
tis Horwat illam iam cratem predictam de auro puro sculptam et
cum florenis aureis plenum infundentem et equum unum bonum 17
Turcalem. Et Petrus sacerdos accepit in manibus suis illa pigno-
ra et domino gubernatori illa contulit ei. Et in manibus non acce-
pit, sed sub papillione supra mensam deponere fecerat, tanquam
cum furore mediocri assumerat munera, atamen plus quam pre-
cior erat, quam quintacentia florenos. Et dominus Petrus sacerdos 18
exortacionem pulcrum fecerat in legacione sua coram gubernato-
rem ac oracionem. Et mox inceperat dominus Gritti proicere ad
faciem Petri sacerdotis: Quemadmodum aliunde ascendisset domi- 19
nus tuus Cybak. Et sic de singulis, scriptum est ut supra, quod
per detractionem infamasset Cybak dominum gubernatorem et de
aliis sic. Ista iam quod audisset Petrus sacerdos et defendere vo-
lebat Petrus sacerdos dominum suum Cybak, noluit exaudire gu-
bernator Gritti, sed dixit: Vere puniam ipsum. Cum argumento re- 20
lacionem acceperat Petrus sacerdos et sic incepit ire versus ad
dominum suum.

Hec cum audiens Ioannes Docy obviam Petrum sacerdotem 21
iam in itineribus suis dixit sibi hec verba: Audi, domine Petre
sacerdos, rogo te, ne dicas domino Cybak ista verba rankora do-
mini mei gubernatoris contra Cybak, ut ne inter eos esset aliqua
litiurgia. Et Petrus sacerdos spondit, quod non memorabitur 22
domino Cybak. Sed cum venisset iam ad dominum Cybak cumque
intuisset Petrum sacerdotem, dixit ei: Cum qua relacione venisti,
domine Petre, de gubernatore? Dixit Petrus sacerdos: Cum omni 23
bona relacione. Vere, domine mi, non credat vestra magnificencia,
quod iam rankoram haberet dominus gubernator, sed gaudenter
accepit munera vestre magnificencie et insuper providebit vestram
magnificenciam cum alia beneficcio. Hec cum Cybak gavisus erat, 24
Kwn Gotthart equidem astabat coram Cybak et dixit ei: Domine,
ego swadebo d. vestram, ut veniamus pocius ad civitatem Zeben,
ecce prope est. Quia valde te timeo de Ioanne Docy, quia ne forte 25
accusabit vestram m. in prandio et in cena, et tamen tali modo
venerit mala hora, ut per multas swasionibus Ioannis Docy iterum
rankoram refociabat sibi. Quia Ioannes Docy est maximus placitus 26
apud dominum gubernatorem per verba sua swave blanda et est ei

consiliarius et vestra d. magnam perperam habet cum Ioanne Docy. Ergo mihi non videtur. E converso ait Petrus sacerdos: Nil credit, domine Gottharde, vere legacionem bonam retulli domino meo Cybak. Dominus Gotthard nolebat nocius fore contra Ioannem²⁸ Docy, quia uxorem suam tenebat apud ipsum in Zegn et ipse vide intelligebat ex utraque parte dissensionem inter se. Gotthardus perrexit ad civitatem Zeben et Emericus ibi remansit cum Petro sacerdote et cum adolescentibus.

Inde quod audisset Ioannes Docy, quod dominus Gotthardus²⁹ non esset iam presens apud Cybak, mox dominum gubernatorem swadere cepit, quod nunquam leviter potest ipsum punire, sicut nunc, quia cum paucis servis suis moram habet in tentoriis suis. Ergo illustrissima d. vestra ne faciat aliquam dilacionem de hac³⁰ re, sed statim dimitas contra eum ex milibus vestris aliquem. Dixit gubernator: Quem vellemus miteri contra eum, Docy. Dixit Docy: Vere, domine illustrissime, est unus miles iuvenis Franciscus Paxi, ille bonus erit. Ipsum ilico invitatus erat Franciscus Paxi, ut iret³¹ contra Cybak et captivum duceret ad gubernatoris papilionem. Respondit Franciscus Paxi: Nolo esse toti regnicoli Hungarie infidelis ac insuper homicida. Et dominus Urbanus dixit domino Ioanni³² Docy: Si mihi donaret totam possessionem suam propter infidelitatem contra regem et contra gubernatorem et in manibus meis haberem donacionalia litterarum, mox ego accederem cum servis meis et ducenta pedites iancharones iuxta mecum, ego statim captivum ducerem ad dominum meum gubernatorem. Quod audisset³³ Ioannes Docy, iterum swadere cepit gubernatorem tali modo, sicut ipse Urbanus Battyani vellet habere totam propriam possessionem post decessum ipsius. Ait dominus gubernator: Est concessum³⁴ sibi. Et statim sine mora cum Urbano litterato, qui erat notarius eorum ambo ac vice thesaurarius post Ioannem Docy, et ipse statim prescripsit donacionales et allate erant in manibus Urbani Battyani.

Ipse cum gaudio magno egressus est cum gente sua pre-³⁵ dicta, cumque apropinquasset thentorium domini Cybak, et jerat valde mane, id est, ante ortum solis. Et dixit Urbanus Battyani: Domine Cybak, surge et veni ad dominum gubernatorem. Ipse Cy-³⁶ bak adhuc erat in camisia ac nudis plantis et capitis et adhuc dormiebat in tentorio sucrescentis sui. Et tremuit Cybach valde, quod vidisset Urbanum cum gente valida, et cepit increpare iuvenes, ut surgerent, quia male habebimus, dicebat. Et isti quasi de³⁷ sumno surgebant, et Petrus sacerdos capiens spatam suam et dominus Cybak capiens in manibus suis bonam unam frameam. Et vidit Urbanus Battyani, quod verba sua nil ficeret, ut veniret se liberi arbitrio. Et iussit peditibus iagnicharonibus, ut invaderent ad³⁸ eum contra, ut caperent. Et dicebat Urbanus Battyani: Ad fidem meam, inquit, veniat tua magnificentia, quod nil tibi eveniet quicquam malum. Et ipse recordatus erat verbi domini Gotthard et³⁹ flevit amare et, qui valebant intrare ad papilionem suam, mox ca-

sum dabat ad terram et multos interficiebat. Et quod viderunt, irruerunt ad eum contra. Cepit cum framea sua ipsos negare, quia viderat iam ipsum de mundo exalantem. Iam quasi aper sevens irruit contra eos tantum solus et cepit eos prosternere ad terram tanquam legumine seminator ad modum, fertur dixisse, ut fuit secundus Ector vel Achilles. Quia erat vir robustus et in brachiis suis latus et in presencia vita sua molam asinariam solus accipiebat et supra ponebat ad garat. Et, sicut scriptum est ut supra, erat vir fortis. Quod vidissent eum non comparentem eis, mox circumderunt eum viri improbi et corda tentorie sue ceperunt scindere, quia nil poterant ei quicquam facere. Solumodo papilionem suam ad caput eius fecerunt cadere et sic sub coopertorio velamine tentorie ultra tranfixus erat, sicut Lodovicus rex, et per magnum martirium exalavit de mundo.

Et in Scibinio sepultus est. Et tertia die visio fuit quidam bonis ac devotis personis, quod stella descendisset ad locum, ubi mortem passus fuisset, et post moram ascendisset valde fulgens claro ad celum quasi hora nona feria sexta. Aliqui deridebant, aliqui treme audiebant de illis, qui videbant talem miraculum.

Et caput eius, quod amputavisset Urbanus Battyani, et deposuit ante gubernatorem super mensam. Et Ioannes Docy, quod vidisset, ait: Atamen dicebam tibi, quod mortem pacieris propter linguam tuam pessimam. Apostolus: Colloquia mala depravant homines. Et Ioannes Docy linguam suam excidere fecerat iam de capite et semper coram ipso in una virga supra apensa erat. Et ad eam cum venisset: O tu mala lingua, quo me tu denigrasti, sed iam actenus parcat tibi Deus.

60

Hec cum audientes mortem Transilvanienses, quod dira morte fecerat eum interemere dominus gubernator et consiliarius eius Ioannes Docy, quod monuisset dominum gubernatorem contra eum. Et Gotthard miles, quod audisset, statim post uxorem suam destinavit ad Hungariam ad Zegh et inde iusit portare ad Zolnok. Et ipse postea illico cucurrit ad dominum vayvodam nomine Maylat et ei valde deprecabatur, quia idem eciam valde erat eloquens more rusticale sui. Et dixit Maylat: Quid faciamus? Ait dominus Gotthard: Mortem pro morte et nequaquam abire valeat. Et statim sine mora sanguineam gladium vayvoda Transilvaniensis cucurrere precepit Valakis gente ac Siculis gente ac toti Transilvaniensis nobilibus et ignobilibus. Et cito surrexerant et dicebant regnicoloni eiusdem: Quidnam hoc est? Et dominus Gotthardus clamore voce dicebat eis: Audite, fratres mei nobiles et ignobiles et optimates, habemus hostem magnum et quasi intravit vippera avicularum nidibus et sic devoret ac consumit in multis locis. Sic dominus gubernator Griti, qui est Turcus, Italus, nescimus eligere eum et intravit ad nostram edem ac nunc mactavit et consumsit unum fratrem ex nobis nomine Cybak Emericum.

Quod vidit gubernator contra se gentem validam surgentem, et dixit: Ioannes Docy, quid faciamus? Nil premeditare valeamus, domine gubernator, quia nos sumus plus quam octo milia virorum ad bellicandum, ergo videamus, quid volunt.

Inde filius eius Anthonius de Buda congregavit sese quingenta virorum bellicosi sub se et cicius cucurrit ad patrem suum Lodovicum Gritti ad Transilvaniam. Et cum appropinquasset ad patrem, dixit ei: Bene, fili, quod vidisti me et germanum tuum videre, quia iam plus quam gaudeo de vobis videre, quia sumus in magna tribulatione inter Hungaros. Sed Deo adiuvante volo ipsos punire istos rebelles, qui contra me steterunt. Cumque vidissent gentem, pre multitudinem timerunt et dominus Docy dixit domino gubernatori: Intramus, illustrissime domine, ad munitam istam civitatem Megies, dum Saxonica gens in mentem non accepit iussionem Transillvanie vaywode. Et intraverant in Megyes in civitatem, qua est circumdata cum menia, quia, si cives scivissent Megienses, difficile potuissent intrare, quia atamen parva est civitas eorum, sed fortis est.

Quod iam gens ex undique parte esset eos circumdati ac angustiati, dominus Gritti fecit litteras misiles erga Ioannem regem ad Budam, ut quemadmodum potest venire ad adiuvandum nos, quoniam male essent. Et recordetur bene maiestas sua, quomodo ego fideliter servivi sibi in obsidione contra Alemanos. Et nocte erat ista legacio de gubernatore ad regem Ioannem. Sed rex, cumque respexisset litteras, relacionem breviter fecit: Unde possum ipsum adiuvare? Gentem non habeo, queque habueram milites sub me, omnes habet illos sub se. Sed, in quantum possum, adiabo. Et absolvit ire iam legatum eorum.

Alter venerat nocte legatus precursor ex parte regnicole Transillvaniensis. Ab universis epistolas offerebant ad manus regiastatis rogantes ac suplicantes, ut nequaquam veniat sua maiestas ad adiuvandum eorum. Nescit sua maiestas, quod decreverunt ipsi nebulones in urbe Constantinopolim, quod vellent in regem eligere Lodovicum Grittim. Nos ergo non suplicamus, ut adiuaret nos sua regia maiestas, sed tantum sileat ac taceat sua maiestas in Buda, quia nos tantam gentem habemus, quod possumus eis nocere. Rex, quod presentaverat litteras eorum, relacionem hanc fecerat eis dicens: Videant bene se ipsos ad deffendendum, quia filii eorum dentes obstepescunt ad futurum, quod si curam optimam gerere non valebunt. Et illorum talem relacionem fecit rex. Et hec disturbium erat in octava assumptionis Marie, dum scribebant anno 1.5.36. in mense Septembris.

Et rex Ioannes sese consiliens, in quantum potuit, gentem congregaverat aut milia hominum virorum et de Buda descendit paulatim et morose passum abebat in via versus Waradinum quasi ad peregrinandum. Et, cumque venisset ad Waradinum rex, mox circa regem cucurrit dominus Gotthard personaliter et tantum soli ambo decreverant, quicquid oporteat eis facere. Et hec erat iam in die decolacionis Ioannis Baptiste.

Et tunc audivimus ad Varad, quod iam victi essent in Me-²⁰
 gies dominus gubernator cum suis nepotis. Et mira res agitabant,
 quod, fertur dixisse, quod sub terram magnam fossam caveerne fo-
 dissent pedites iagnicharones, per quam cavernam volebant deli-
 berare dominum gubernatorem. Et ista caverna fuit a longe sub²¹
 terra fodimenta. Sed quod sensissent extranea gens, possuerant
 custodientes sub foramine et ad dominum gubernatorem iam irru-
 entes universaliter gens plurima et acceperunt ac intraverunt in
 civitatem. Et invenerunt dominum Grittim sedens in pontificali tan-²²
 quam rex. Et dicebat: Nequaquam me interficere debeatis. Quod
 si causa efficiens ego sum in morte Cybak aut in aliquibuscum-
 que sit rebus, sit lis aut lex, ut debeam per legem mori simul
 cum filiis meis, et sit dies deputatus. Quia non causa mea est tam²³
 dissensionem facere nasci, sed Ioannes Docy causa est efficiens.
 Et dixerunt universi: Vestra illustrissima dominatio non fuit puer,²⁴
 non fuit crapulatus a vino, quod non potuisset intelligere, quod
 et tu absque lege interficere iusisti fratrem nostrum tam magnum
 dominum et bonum militem christianum, qui erat miles Christi
 presertim. Ergo Christi dicta est: Qua mensura mensurasti, eadem²⁵
 mensura remecietur tibi. Ioannes Docy, nos ipsum bene scimus, et
 noster erat, de numero nostrum casum et ipse dedit ad modum
 Scariot de numero duodecim. Ita et ipse iam accepit per se sentenci-²⁶
 am suam. Tamen scriptum est: Qui querit, invenit. Et sic de singulis.

Et ipsum gubernatorem in pontificali sedentem amiserunt. Et²⁷
 domini iusserunt, quod Hungaros ledere nequeant, hawd solummodo
 Turcos pedites, id est, iagnicharones, equites Turcarum, Iudeos et
 Gregcos insimul exterminare debeant. Hungari de civitate ceperunt²⁸
 fugere per ianuam arcis civitatis et priusquam composuerant sor-
 tem signi, ut quilibet verus Hungarus dicere debeat: Uram zent
 lanus, quia in profesto erat ipsius decolacionis. Et quod iam ab-²⁹
 soluti fuissent de arce civitatis Hungari, et Urbanus Battyani ab-
 solutus erat, valde magna astucia erat ab ipso, quod studiose pot-
 erat defendere se et ipse habebat bonos amicos inter optimates.
 Quia ipsum tali modo excusabant eum, quod, ad quicquid iubet³⁰
 dominus suus servum suum ad aliqua agenda facere, debeat fa-
 cere. Et Ioannes Docy iam supplicabat domino Gotthardo, sed do-
 minus Gotthardus nullam relacionem bonam dederat ei, sed hec
 dixit ei breviter: Domine Ioannes, iam promptum est tibi exalare
 de hoc mundo ad patrem. Et dic: Domine, non sum dignus, ut in-³¹
 tres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima
 et sis in bona spe. Et fecerunt isti boni domini christiani unum
 confessorem et confessus est Ioannes Docy. Et ipse sedens per-
 cussus fuit, sicut unum canem.

Et venerunt postea ad dominum gubernatorem et ipsum cum³²
 gladio feribant. Et ipse lectator tullisset indumentam suam, quod
 diploida erat, inter aureos inveniebant consuantes. Et ipsum ibi-
 dem in Megies cum Ioanne Docy insimul sepulti sunt et in vela-
 mine munda. Et pueros suos accipiens Valakie vaywoda et secum
 ducens mala morte finvit eos.

Inde equidem rex Ioannes audiens, quod iam tres planete sur-
 1 rexerant in aere in aurora vespers et semper quiescebant ad hor-
 tum solis in aurora matutinalis. Et rex Ioannes semper me inter-
 rogabat, quid designaret. Ego dixi: Serenissime princeps, designat
 mortem principum. Et quarta planeta idem anno, dum scribebantur
 1.5.34. Et semper contemplatus erat rex in cubiculo suo ac vigi-
 lans erat. Et ipse semper ad me predicebat nova. Quod iam quar-
 ta planeta surrexisset, et non esset rotunda flamae, sed tenua.

Et de Varadino statim misit servum suum fidelem nomine
 2 Franciscum Keresy ad Zegh possessionem Ioannis Docy cum du-
 centis equitibus et multa thesaurum inveniens Franciscus Keressy.
 Et ad Budam per tres curros bene sarcinatos et duodecim boves
 4 vix poterant trahere et portaverant ad arcem Budam. Non pre-
 sumerant die, sed nocte baiolabant preciosa thesaurum, quod non
 poterant vehere per sex horas. Et uxorem suam cum liberis duxe-
 5 rat Franciscus Keressi iam post decessum Ioannis Docy et prop-
 ter infidelitatem suam contra regem Ioannem.

Inde quidem etiam auri florenorum incussor in Banya sub
 6 nomine gubernatoris Gritti erat factor in hac re nomine Franciscus
 Dobo ex comitatu Hungh per dominum gubernatorem. Ipse Fran-
 7 ciscus consiliavit mox se ipsum et statim duos pilios huzarones
 inpleverat et consuebat valde stritte et ibi iuxta Banyam in silwa
 recondebat in duobus locis. Et statim, quod audivisset, dominus
 8 suus gubernator exalavisset de mundo ad patrem, mox suscepit
 ducenta equites huzarones et totum thesaurum magnum de puro
 fulgido auro in florenis percussum promptum totum hasportavit ad
 domum suam Ruzka et de thesauro nunc factus est in magnificum
 summum. Et summa monethe de auro facit centum milia et sede-
 9 cim. Istam pecuniam valde affectabat rex male conservatam apud
 se Franciscus Dobo et pertinebat ad regiestatem. Quod si rex mori-
 endi casum non dedisset, volebat omnino de Francisco Dobo ex-
 10 tirpare ac insuper redarguere ipsum ad futurum. Et ipse non per-
 venerat diem Petri et dicebat demum nobis singilatim, quod di-
 vertisset ad silwam, ubi recondidisset aureos in duobus pilios, et
 unum, dicebat, inveni et secundum nunquam potui dirigere ad se-
 mitam eius. Unum portavi plenum integre, sicut constituebam.

Rex inde, postea magnates Transilvanienses et dominus May-
 11 lat, qui erat miles probus et vayvoda toti regni Transsilvaniensis.

Erat exceptis Hungaris cum gubernatore tria gens, videlicet,
 12 Iudei, Greci, Itali. Ista tria gens erant fucari, tot thesaurum habe-
 13 bant secum ac alia preciosa variisque modis res mercimonialia pre-
 cipue, fertur dixisse, unus Iudeus tot dicas secum ducebat, quod
 solus spondidisset gubernatori Gritti, ut ipsum duceret ad Budam
 et domum Mendel ac Iudeorum vicum relaxaret ei, quod propriis
 14 expensis alevisset dominum gubernatorem ad decem annos, omni
 anno decem milia markas presentaret gubernatori ad manus. Et alii
 duo pollicti erant Italus fucar et Grecus fucar, quod ita debent ad-
 hornare civitatem, quod in toto orbe terrarum non fuisset similis.

Prima pars fuisset vici sub una testitudine de ere lamine deaurata, 15
 quod esset in medio civitatis, altera vicus de parte Ister flui de albo
 stanno sub una testitudine et sub una mensura domi palacie et
 altitudo fuisset ad quatuor partes fenestrarum. Et alter fucar pol- 16
 lictus fuit, quod ex parte promonthorio idem palacia sub una te-
 stitudine de arce Budensi usque ad Zombathel de rubeo pingere
 testas cum gyantat. Ita volebat dominus Gritti hornare civitatem 17
 mercimonialibus, quod similis non fuisset Bude. Interdum labet
 quattuor pes, non est mirum bipes.

Et illa supradicta res preciosas inter se divisum erat opti- 18
 matibus et tot divicie ab ipsis ewellabatur et inter se dividere fa-
 ciebant Hungari milites et regem hortabant eum accipere unam
 porcionem de preda. Sed rex Ioannes noluit, solummodo preciosas 19
 margaritas concupiebat ab eis habere. Et dominus Gotthard Kwn
 extunc deferebat ad manus regi unam scutulam de eburneo sculp-
 tam ac hornatissime fabricatam plenam cum lapidibus preciosis
 variis contulerat ad manus regiestatis. Et regi animum valde de- 20
 lectabat et nimis valebat cognoscere lapides preciosas et delect-
 tatus erat in lapidibus etcet.

62

Inde equidem eciam adhuc dominus Vaywodich sedebat in 1
 vinculo carceris et volebat rex omnino ad amnem flui Ister. Iam
 de rege sententia dictum erat super eum, sed fuit atamen vigilans
 ac curam gerens de se ipso, quod germanum suum eligerat post
 dominum magnificum Tharnocki, qui fuerat bonus hospes in Tarno
 tempore necessitatis sui.

Et venerat ad Varad dominus Tharnocki cum germano suo 2
 Lacki ad regem Ioannem. Et rex Ioannes letabunde summssit eum
 cum magno honore. Et rex iam volebat ad prandium sedere. Et 3
 dominus Tharnocki incepit laute alicere tanquam bonum hospitem
 et tanquam benefactorem suum tempore necessitatis sui. Dixit do-
 minus Tharnocki ad regem: Serenissime rex, ne tedeat vestre re-
 giestatis. Ego spondi ad fidem meam, quod neque comedam neque 4
 bibam, donec sit graciosus et dimissus dominus Lacki de vin-
 culo per vestram maiestatem, quia solummodo veni propter ipsum
 ad regiestatem. Dixit rex Ioannes: Iam credo, quod non viveret.
 Dixerunt: Serenissime rex, adhuc vivit Ieronimus Lacki. Rex quod 5
 audisset, mox in dolore accepit et mirabatur, quod adhuc vive-
 ret Vaywodich. Diu preceperam castellano Amade, quod cito cu-
 ram abhuisse ipse, sed sua fortuna ita reduxit. Fiat sibi gracia. 6
 Et dominus Tharnocki valde graciaram actionem fecerat regiesta-
 tis. Et ait rex: Quod si portabitur ad Waradinum huc, volo, ut
 me ne videat nec ego ipsum. Et valde difficile misertus erat su- 7
 per latronem, quia et ipse meruisset eandem punicionem, sicut et
 ceteri cum gubernatore in Megies. Et antequam cum ductus erat 8
 ad captivitatem castellani regiestatis, domum in civitate depreda-
 verant totaliter. Et vestes preciosas de serico subductas de cutis
 sabellinis rursus contulerunt ei.

Et mox indutus erat et in octava trium regum, que dicitur 9
 ephiphania, et sedit, antequam hornaverant vhehicum sibi, quia erat
 iems, et ivit ad regem Ioannem in Varadino. Ego quod vidi eum iam 10
 absolutum, quod super regem facit magnam penuriam, sed fiat vo-
 luntas domini magnifici Tharnocki. Et ipsum latronem fecerat ma- 11
 gnificum in Hungaria, dederat sibi arcem Kessmark cum totis pro-
 ventibus et cum possessione sua et insuper civitatem Debrechen
 cum totis possessionibus. Ad regem Ioannem intrinsecus tradiderat 12
 primo in legacione apud Ferdinandum, secundo sub arce Palota
 contra Ladislaum More, quando erat obsessa, 3io cum fuerant in-
 simul cum gubernatore in urbe Constantinopolitane urbis, sicut
 scriptum est ut supra.

Et ibi dominum Tarnocki valde tractaverat usque integris duo- 13
 bus ebdomadis. Quia dominus Tarnocki erat cum equitibus suis
 centum et quinquaginta et die noctuque erat comedens et bibens,
 et dicebat pincernarius, quod centum et sex vasa vini perbibissent,
 tam erat magna prodigalitas aput regem Ioannem eodem tempore.
 Et postea rex Ioannes perbiberat ac donaverat cum una vecte au- 14
 rea, qua prewalebat milia markas auri, et ad colum domini ma-
 gnifici Tharnocki rex propriis manibus apposuerat. Et iam cum li-
 cencia karitate segregati fuissent ambo et dominus Tarnocki, quam-
 obrem fuisset campi ductor in limitibus Polonie regis, festinabat
 ad domum propterea.

Cumque in itineribus equitarent versus Debrechen et intras- 15
 sent, ibi dominus Tharnocki non prolixavit se, sed cucurrisset festi-
 nanter ad vadum flui Thicie. Et iste Lacki in civitate Debrechen
 moram pro spacio, quare sibi deputatum erat civitas Debrechen
 per regem Ioannem. Et cives Debrecinienses ipsum audiebant velle 16
 nolle et non diligebant valde eum. Iussit eos insimul congregare
 ad claustrum. Cumque venissent ad locum iam numeratim tantum 17
 octo cives ad claustrum, nonus non intravit, nomine Georgius Ze-
 chi, quia ipse dicebat aliis fratribus suis, ut non intrarent, quia
 ipse est in via et captus fuit per regem Ioannem. Nescimus, quid 18
 pensat in corde, quamquam mel procedit de ore. Forsan repletus
 est cum veneno iracundie adversus regem et super nos vlt suam
 penuriam expleri. Georgius, quod vidit socii sui cives intrantes ad 19
 claustrum, inde quidem erat promptus Lacki Ieronimus cum octo
 quadrigas pleni cum viribus robestis. Georgius se sciens clam
 cito surripiens sese per quadricam suam ad campum hospicium
 bubulcorum.

Inde ipsos cives iussit ad hospicium suum ire, quia domi- 20
 nus Lacki egrotatur, non possit venire, ideo ibi veniat. Quia ti-
 mebat Lacki Ieronimus de monachis, quod expedirent eos cives
 monachi forsan. Et cum venissent ad hospicium suum, imperavit 21
 eis, ut ascenderent ad quadrigas unus unus propter levitatem, ut
 ipsum explorarent usque ad vadum et mox retrorsum venirent ad
 Debrechen et ibi consuleret eos, in quo debent permanere et te-
 nere se ipsos demum, quia Ioannes rex vlt super eos censum ha-

bere. Ego quidem nolo, ut vos daretis. Ipsi cives cumque audi-²²
rent ista verba, flexis genibus domino Lacki salutaverunt et valde
gratulabantur ei et cives ipsum renumeraverant eum cum uno equo
et cum uno cypho deaurato. Et ipsi ascenderunt ad kochi eius et²³
mox cucurrerunt versus vadum Thicie ante Thokai. Et inde iam
intellexissent respublica Debreciniensis, quod non debuissent hoc
facere civibus ipsum explorare, quia tales erunt ex eis, quod nun-
quam venturus erit ad domum suam Debrechen. Glesan quidem²⁴
Ladislaus erat officialis vice in Debrechen. Quamobrem tenebat et
Ladislaus Glesan acceperat wlgum Debreciniensem. Et post ipsos
statim currerunt, sed non potuerant ipsos pervenire ad vadum. Ex-
tunc et ipsi cito transmeaverant per vadum Ticie citra Thokai.

Et portavit cives octo iste astutus Ieronimus Lacki ad arcem²⁵
Kesmark. Et erat nepos meus iudex Petrus Sike et erat bacula-
rius Crakoviensis et alter civis optima persona erat in senio con-
fectus Ladislaus Hewlge, 3ius Thomas Zwch. Ego istos personali-
ter noveram. Incepit querere sew rogare octo milia auri super octo²⁶
persone et ipsi neglexerant dare sew promittere eis. Et valde pau-
peres flebant iam in captivitate et nunciaverunt ad Debrechen, ut
tota thaxaretur et post ipsos deducetur ad Kesmark quamprimum.
Cives autem reliqua cucurrerunt ad regem Ioannem ad Varadinum,
quod sic egisset Vayvodich cum civibus Debrechen. Rex ait: Qua-²⁸
re debuissent ipsum explorare thalem latronem? Dixerunt illi: Quia
nequaquam aliud debuissemus facere, quoniam timemus regem tu-
am et ipsum.

Et rex nullam bonam relacionem fecerat eis, sed confuse ive-²⁹
runt ad domum. Et ipse eadem relacionem fecerunt eorum ad Kes-
mark. Quod audissent, quod ipsi soli personaliter debent persol-
vere octo milia aureos, mox unus civis egrotatus, nomine Ladi-
slaus Hzwige fuit, et post unam integram ebdomadam obitus erat
in arce Kesmark. Et cives Debrechinenses adiuvarant eos cum duo-³¹
bus milis florenis, sex milia ipsi soli quilibet de domo sua fecit
persolvere, adhuc pro morte eciam debuissent persolvere. Ita fue-
runt absoluti de manu Lacki cives Debrecinenses.

Et sic super regem vindictam acceperat Vayvodich et ipse³²
non multum vixit latro Lacki et infra duobus annis mortuus est.
Si labet quadrupes, non miretur bipes.

63

Postea rex multum habitavit in Varadino et reginam Elizabeth¹
puellam regi Polonorum fecit ducere sibi ad copulandum sacra-
menti matrimonii ad Hungariam, dum scribebant 1.5.38. Et in Buda²
erat valde solenne thalamum in carnis privium et coronata cum
erat in Alba Regalia. Ibi dormierat cum regina in quatragesima.
Adhuc post ipsum grabbatum deaureatam, qua erat fabricata 1^o³
floreno, mandaverat post ipsum ducere ad Albam Regaliam. Et ibi
ex consensu Lutterianorum residuit plus quam una mense, sicut in
die sui coronacionis. Et ita erat constitutum ab antiquis sacris re-⁴

gibus, quod nullus rex debet ibi residere, solummodo tribus diebus et tribus noctibus. Et dicebant sacerdos seniores regiestatis, sed ipse nihil curabat de hoc, tamen pocius ridebat, que postremum sibi non venerat ad crementum suum, sed male.

Postea venerunt ad Budam ad ramis palmarum cum regina, 5 et peracto solenne pascam resurrectionem hostiaverunt cum manducis suis. Et hic mira res divinitatis fuerat, quod in die concep- 6 tionis Ioannis Baptiste concepta erat regina Elizabet a rege Ioanne, et postea ad futurum annum, dum scribebant anno 1.5.39., peperit masculum in mense Iulii Idibus octo hora diei Mercuri et in minuta Martis. Et erant multi precursores regiestatis, qui prius vo- 7 lebat regi nova predicere de fetu regine et promiserat rex pauper Ioannes, qui sibi retullerit novam famam, extunc sibi 1^c florenos haberet in manibus suis. Et respectu repromissionis regis quilibet 8 viligabat et equos conservabant rem istam. Postea demum multi currebant, sed unus acceperat bravium. In Varsan et in Naghtwr et in Varadino tribus diebus pulsabantur campane per campanistas congaudio magno.

Sed antequam exordium habemus. 9

Dum iam cum regina in duobus annis resideret Bude, fama 10 vigebat, quod regina esset pregnata. Consilium habuit rex Ioannes, dum scriberent anno 1.5.34., per reginam et per alios secretarios suos, quod in septem annis rationem non dedisset regiestatis frater nostre. Nec memoretur per suam humanitatem, ut aliceret mihi rationem reddere, quia audivi iam a multis, quoniam discipasset sacre corone provinciarum proventum, in magna desolacione ewenisset. Quod audieram a plebano Georgio Cumanorum in Naghtwr, quod frater Georgius thesaurarius episcopatum suum Waradiensem augmentavit cum iobagionibus sacre corone. Quod ego non credebam, sed solus perlustraveram. Extunc ita inveni villas desolatas, non refocillandas domos suos, sed direptas ac awlsas testitudines domorum suorum. Ideo precipio tibi, Petre 13 Marce, quod statim constituas componistas ad scrutandum Philisteos et inter Cumanos et a septem annis ad hanc annum accipiatis rationem et fassionem sub iuramento a iudicibus et per scriptas libellos accipiatis et demum mihi quam cicius educatis.

Quamquam Marcus Petrus contra monachum Georgium difficile assummsit, sed regina pocius mandaverat sibi, quam rex. Iterum Petrus Marcus ordinavit sese ad scrutandum cum notariis et cum computistis. Totam Philistinorum regiam inquisitionem fe- 14 liciter dure inter eos, cumque ibi absolvisset opus suum, venit ultra Thiciam cum chaterva sua inter Cumanos, ubi omni anno presentabant regiestatis ad coquinam mille boves, decem milia modiis frugum, pisa sexaginta pintas, de butiro, de formagio caso duo milia propinabant ad arcem Budensem pro victu curie regiestatis et in preparatis in pecuniis duo milia florenorum omni anno. Quia 16 ille frater Georgius heremita demum fovebat parentes suos Croakos ac sorores suos, et valde erat prodigus in proventu sacre corone.

Quod vidit ac intellexit a rege Ioanne de ipso rationem ac-¹⁷
cipere, tremuit valde, quod iam rex in oso habebat, nec videre
cupiebat. Ecce, fratres charissimi, magna simulatio occulta ac pprac-
tica. Quamobrem consiliarius erat registatis, Georgium Horwath¹⁸
conterraneum suum eligere fecerat ad cesarem Turcarum in lega-
cione, quod si quis esset fidelis registatis vestre in Hungaria et
suspicio contra vaywodam Mailat Transilvaniensem, si esset fide-
lis aut non et de aliis rebus, que ista non erat conveniens valde
contra regem, sed ut prolixaretur in laxacionem rankor registatis.
Georgium Horwat misserunt erga cesarem, quoniam Georgius Hor-
vat tanquam precursor cucurrit celeriter ad regnum Turcie cum re-¹⁹
sumpto animo a fratre Georgio edoctus precipue, quia iam omnes
officiales post monachum perterriti erat valde et iam nesciebant
quidquam facere, qui autem saltum fecerat, qui autem residebat in
loco suo. Quia iste monachus tam declinare fecerat regem circa²⁰
se, quod, si dixisset sibi: Ne comedas tribus diebus et tribus noc-
tibus, credidisset sibi.

Ad quintum decimum diem rursus statim diverterat se Ge-²¹
orgius Horwat ad Budam. Sed pre timore antequam Georgius Hor-
wat ivisset ad Turciam regni, Georgius frater timuit valde, quod
Horwatones non essent iuxta se, sed solus permaneret. Mox aliquo²²
casu de Buda surreperat clam ad Varadinum et fama valde vi-
gebat inter wlgos, quod monachus saltum fecisset. Et anulum par-²³
vum habebat rex in secreto Turcarum cesaris et e converso habe-
bat cesar Turcarum Zoltan Zelim parvum anulum Ioannis regis, in
vicem mutaverant unus ad alterum signaculas suas, quando ne-
cesse esset regi Ioannis, extunc sub parvo sigilo cesaris scriberet
secreta sua rex Ioannes. Monachus, quod ista sentisset apud re-²⁴
gem, secretum sigillum magno studiose per ceram accipiens per
cubicularium Boza Benche figuram sigilli et statim in auro puro
cum aurifabro Blasio Budensi magistro fecerat sculptare admodum
precise, quod nulla diferencia ne esset inter sigillum cesaris parvi.
Quod iam habuit maledictus monachus, non pavefactus fuerat, sic-²⁵
ut antequam, ita quod regem in socium accipiebat. Nescimus, si
coniuraverat per Crovakas sorores suas aut per alias, non admi-
rabamur, ut demum de dies in diem effeminabatur. Quia Boza Be-²⁶
nedictum iste frater Georgius valde favebat sibi, quod sibi trade-
rat anulum cesaris ad libitum suum.

Iam erat monachus in Varadino et contra regem moniebat²⁷
super se arcem Varadiensem. Inde frater Georgius, quod audisset
Georgium Horwat in Zeghed, non permisit ad regem ire ilico, sed
ad se divertere fecerat de itineribus suis ad Varadinum. Et tota²⁸
curia inter nos admirabamur, quod de via ad Varadinum divertis-
set se Georgius Horwat. Extunc ibi unam epistolam fecerant con-
scribere cum uno scolastico Valaco, quod et ego noscebam apud
regem Bude. Frater Georgius fecerat scribere tali modo cum sco-²⁹
lastico Valaco, quod si cesar scriberet ad regem Ioannem incipi-
ens sic: Amice et frater mihi observande, ego miror super te, quod
non vis vigilare sub pastoratu tuo ad greges tuos. Nescis, unde³⁰

te devorent et consumere te volunt. Quod mihi promisit dare de Transilvania vayvoda Maylat dicam, videlicet, tricenta pueros omni anno et decem milia markas. Ergo statim visis presentibus²¹ acceptis ingrediere debeas cum omni paratu bellicosus ad Transsilvaniam et debes corrigere eos, quam fides demonstrabit regiastatis vestre. Et iam ista epistola erat sigillata cum parvo sigillo Turcarum cesaris. Et que erat apud regem, mox conformabant circa, si est vera aut ficta. Et sic de Varadino portaverat legacionem²³ Turcarum cesaris ad Budam regiastatis. Quia Georgius Horwat non apud cesarem, sed tantum apud Mehmetbek pro spacio consolacionis iverat tantum, erat ipocris.

Quod allata erat epistola cesaris Turcarum ad manus regie-²⁴ statis, mox pauper rex admiraretur, quod filius baptizmalis Mailat talia composuisset contra regem Ioannem. Nequaquam credebat rex pauper, sed, cum sigillum secretum cesaris intuisset, credidit. Et nesciebat rex, quod erat practica monachi Georgi autho: Quicquid totus mundus vlt, vlt esse secundus monachus. Ic iam rex oblitus erat²⁶ accipiendi de monacho racionem, sed iussit sibi, ut veniret de Varadino et ordinaret ingenia ad bellum contra Maylat ad Transilvaniam.

Et sic venit iterum monachus ad Budam tute sine premeditatione. Et rex ad se vocare fecerat fratrem Georgium et dixit sibi: Ecce, quid actum est de filio meo baptizmale Maylat. Et rex coram monacho inceperat legere et monachus tanquam nesciens admirabatur. Et aiebat: Ecce, domine rex, non credebas mihi, sed tamen ego sepe veritatem maiestatem vestre. Quia sub Casovia²⁹ cum Mailat monachus pulligillum accipiebat et Maylat dicebat monacho: Non decet tibi hic bellare nobiscum, quia manus tua sub professione tenetur, ne manus tua polluatur in sanguine humana, hawd pocius innocencia permaneat.

Inde equidem iam rex movit et regem movere facerat adversus Mailat et quasi rex erat semifatuus, quia cum magno mero doloris pergeret ad Transilvaniam. Inde quidem, quod senciens⁴¹ Mailat admirabatur eciam et, quod causam audisset, dicebat ille bonus miles: Deus, Deus meus, vere est ista indignacio erga me, est tradicio et est practica. Fiat sic, quomodo Deus vlt, fiat lex,⁴² faciat sua maiestas. Quod si lex redixerit, quod sim reus, me tradar ad mortem per manus maiestatis sue mox sine expugnacione. Sed monachus non consenserat et rex fovebat cum consilio fratri⁴³ Georgio, quod rex nequaquam debet relaxari sibi, sed expugnatur.

Et reginam relinquerat rex in pregnatam et obsederat rex ar-⁴⁴ cem Fogaras in octava assumptionis Marie anno 1.5.39. Et regem Ioannem iam Valentinus Therek servibat et ipse cum catherva sua gente erat adversus Mailat. Atamen erant semper boni amici invicem, sed, quod illa frascam audierat a monako, et seductus erat per monakum. Et ibi Valentinus Terek nocere noluit ei facere quicquam contra eum. Quia iste Valentinus erat instabilis, atamen miles erat, sicut Uliesses sub Troia.

Et ibi rex perseveraverat usque ad medium annum, dum scri-⁴⁷ bebant 1.5.4°.

Et refocillanda fama audierat rex, quod peperisset regina masculum, et rex valde magnum fecerat convivium et biberant victimam pueri. Et dicebat rex: O utinam possem videre filium meum ducem Ioannem, sed mihi dubium est mihi ipsum videre hactenus.

Et rex casum dederat ad egrotandum ibi in Transsilvaniam et fratrem Georgium elegerat in legacione erga cesarem Turcarum, quod si vera esset descriptio aut non per maiestatem suam. Et ille monachus valde excusabat sese cum multis racionibus, quod non posset ire in legacione, quia caput ipsius dolorem sentiret, et ipse egrotatum fecerat monachus se, ut non iret. Quia scivit regi libitum suum quod, si intrasset, nunquam de Turcia venisset propter parvum sigillum secretum. Et in debilitate sua precepit rex, ut iret velle nolle ad legacionem erga cesarem. Monachus vidit, quod nequaquam aliud potest esse, sed debet iam ire, preparavit sese ad profectum itinere.

Ipsi quidem ambo Petrus Priny et frater Georgius valde habebant invicem amicitiam. Secrete ambo decreverant, quod unum doctorem fisicum destinaret sibi ad purgandum stomachum, quod non posset rex Ioannes digestionem habere. Et de rege Ferdinando legati venerunt ad regem Ioannem ad Transilvaniam et Petrus Priny ordinaverat unum fisicum Italum cum legatoribus Ferdinandi et iste fisicum erat per dona et per promissa multa per Petrum Priny consiliatus, quid oportet cum rege Ioanne vel quomodo medicari ipsum. Et ipsum fisicum commendaverat Italum et commendaverat se ipsum etiam cum favora verba sua, ut sibi eligisset bonum medicum doctorem ad Transilvaniam, ubi rex egrotabatur, cum legatoribus regi Ferdinandi.

Cumque audivisset Georgius heremita, quod Petrus Priny curam habuisset de sanitate rege Ioannis, mox hilari vultu cucurrit ad regem et dixit: Domine rex clementissime, iam volo ire in legacionem erga cesarem Turcarum ad urbem Constantinopolitanam. Et movit se ad iter et, cumque pervenisset ad provinciam Hachagh, et in arce Hunyad se egrotum iterum fecit se, quia sciebat, quod intrabit ad Turciam, quod penitebit eum. Etiam sciebat, quod per fisicum Italum oblitus erit rex de ratione accipiendi per Kwmanos ac scriptas thabulas ad secessum portare, quod dominus Emericus Bebek alebat ipsum cum aliquibus escis bonis.

Iam rex de die in dies ceperat surgere de lecto et in palacio morabat, quod Italus medicus se ostendens cum litteris Petri Priny. Et rex perlegere fecerat litteram Petri cum Emerico Bebek et satis se commendasse regiastatis in scriptis suis. Dicebat sibi Emericus Bebek, quod se non confideret penitus ad Italum, quia est advena. Ergo, benignissime rex, non omni spiritui credas.

Quod legati essent apud regem, cito recitare fecerat legacionem eorum propter infirmitatem suam, ne ibi scruterentur. Hec erat in bello sub castra fuisse cum tentoriis suis Fogaras. Et Mailat bene regebat se absque ulla premeditatione, quia milites ei valde favebant.

De Italo fisico accipiens demum potum ad purgandum stomachum, quod gustasset, mox ad terram casum dederat et ait pauper rex: Capiatis me et teneatis, quia hec est ultima manducatio mea et potus. Legati iam habebant relacionem a rege Ioanne et iterum ille Italus fisicus cum eis reversus erat ad Germaniam cum legatoribus.

Inde rege in agonia iam erat et Cassay Ianus erat cubicularius iam post Boza Benche. Et ipse vidit et audierat mirabilia de ore regiestatis, visiones horrendas, blasphemias turpissimas. Et sic sine confessione exalavisset de mundo, quoniam ne cito reciperent in mente curiales. Tantum fuit Petrus Petrovit frater suus carnalis et dominus Emericus et observaverant corpus plus quam duo ebdomadas.

Et postea infamabatur rex, quod est mortuus rex, et mox post fratrem Georgium misit cursorem Georgius Horwat, ut veniat iam ad domum suam Varadiensem, ne premeditaret iamplius a rege Ioanne. Quod audisset frater Georgius eum obdormientem in Domino, postea venit cum relatione pessima, qui eum fecerat ad magnum dominum. Et iste monachus sedit in solio suo nunc et semper, dum vivit in hunc mundo.

Castor regiestatis mox dispersa erat et confuse magno de sub arce Fogaras. Et corpus eius in cera liquefacta fecerat frater Georgius et in loculum statuerant et insuper intrinsecus cum butimine linire fecerat monachus. Et levaverunt corpus ad suam quadrigam et portaverant circa reginam Elizabet ad Budam. Et regina vidit quasi semi dolore, sicut Georgius heremita. Et sepultus est in mense Augusti Laurentii martiris anno 1.5.4^o.

Et hornatissime dedicaverant cum sollemnitate magna et in offertorio de auro puro florenos 1^o ad aram crucis in summa missa et pro sacerdotibus ad oferendam unum unum florenum et venerant post sepulturam eius Budam.

65

Hec cum audientes superiora pars gaudebunt fatui, quod mortem sibi suscepisset ex voluntate Dei. Mox incitatus erat rex Ferdinandus per Petrum Priny, quia iam secundo abstracta erat corona angelica de manu sua, quia desiderabat se ipsum coronari, ut esset Petrus rex, sic post decessum beati Stephani regis erat introductus per reginam Kesulam, qua erat Emerici virginis mater.

Et mox rex Ferdinandus preparare iusserat ingenia sua bellica et carinas super aquas refocillare iterum. Et obsiderunt Budam Alemani mixtim cum Hungaris, videlicet, Petrus Priny, Gaspers Sredi et sic de singulis, qui erant a parte Germanie. Et antecessor erant tres duces Germanorum cum magna gente. Et expugnaverant de quadragesimo anno ad annum quatragesimum secundum usque ad annum integrum.

Ferdinandus quidem sedebat in arce Strigonie. Quod vidit rex Ferdinandus, quod Hungaros non possunt perterrir, ipse re-

cesserat ad Vienam et castorem suum permisit expugnare. Et nequaquam relinquerent, donec occupata fieret per Germanos.

Regina libenter adhaerebat ad Germanos et de Buda libenter 5
exivisset, quod optimates Hungari permisissent. Quia genus talem
generacionem desiderat videre, iocundo animo Hungari reddidis-
sent arcem Budensem. Sed tres causam habebant Hungari, vide- 6
licet, quod si intrassissent vel intromississent eos, extunc demum
non potuissent ipsi observare contra cesarem Turcarum. Secundo, 7
Germani Hungarorum non favissent optimatibus neque nobilibus,
sed insimul volebant Hungaros exterminare usque ad minimum.
3io, quod, si cesar in manibus habuisset Budam per potenciam
suam, hic etiam fuissent Hungari contra cesarem Turcarum causa
periuri. Et quod Hungari in arce Buda ruminavissent inter se, quod 8
melius est nobis cesaris ad manus eius solvere Budam, quam Ger-
manis, quia inbecilles non habent tot virilitatem Alemani, quod
poterant observare contra eos.

Et statim miserunt magnates post cesarem Zoltan Zelim. For- 9
ma matherie hec erat in epistola: Supplicamus ac obsecramus de-
precando, quam cicius veniat sua maiestas cesarea ad observare,
quia iam plus quam integrum annum expugnati sumus per Ger-
manos. Et Benedictum Boza eligerant post cesarem, quamobrem 10
sepe vidisset eum iuxta regem Ioannem sollicitum. Et ipse Bene-
dictus homiculus erat et vestem habebat aptam Turcale modum et
habuerat sub decem viros optimos. Ipse cucurrit erga cesarem.

Et cesar eum intuisset animo grato et in facie cesaris hec 11
dixit Boza Benedictus: Recordetur bene vestra cesarea maiestas,
quod spondisti ad fidem tuam domino regi Ioanni, quod vivens
ac post decessum sui vlt vestra cesarea maiestas expedire ac def-
fendere, donec una framea continebit in regno Turcie. Et dominus 12
meus rex Ioannes insuper testamentum fecit vestre cesari maie-
statis puerum unicum suum cum regno Hungarie ac Budam. Ergo
moveat se vestra cesarea maiestas versus Hungariam ad defenden-
dum puerum cum thezauro suo ac cum regno suo. Quia sciat 13
vestra cesarea maiestas, quod nos melius puerum innocentem tim-
memus a Germanis, quam nos omnes occiderent. Et cesar, hec
quod audiens, promisit venire libenter propter puerum deliberare
a faucibus Germanorum.

Benedictus Boza venerat cum relacione hilara ad Budam et 14
relacionem retulit Hungarorum barronibus. Et postea, quod senserant
cesarem motum adversus Budam, quia thardabat cesar ve-
nire tam cito, ut exploratores sui certam relacionem audiret a scru-
tatoribus suis, non confidebat penitus Hungaris. Et dominus can- 15
cellarius Stephanus Verbwchi etiam post cesarem accesserat et
ipse tali forma responsonem dederat cesari Turcarum, sicut Bene-
dictus cubicularius registatis.

Et venit cesar usque ad Tollna. 16

Quod sensissent cesarem venientem ad defendendam Budam, 17
mox Petrum Priny miserunt ad monachum thezaurarium. Et Pe-

trus intraverat ad monachum cum resumpto animo et dixit sibi et Stephano Verbwchi et aliis magnatibus. Hec dicebat: Videatis, domini Hungari magnates, quod ista via erit finis Bude arcis cum civitate Budensi et regnicoli nobilibus et ignobilibus erit cesar Turcarum perpetuus exactor de auro et de argento, demum de pueris eciam. Ergo videte bene, meo consilio melius cum Germanis usque ad tempus, quam cum Turko usque ad mortem perseverare. Et responderunt rursus Petro Priny: Sed nos iam diu ruminavimus in consilio nostro et causam habemus nos et vos causam habetis, quod non restituatur vobis Buda ad manus Alemanorum, sed potius ad manus Turcarum cesaris relaxamus. Si vobis relaxaremus, semper esset inter nos Hungaros et inter Alemanos litiurgia et homicidia multa contingisset, esset magna perpera. Nunc eciam ista confusio inter non decuisset fore, si tu non incitasses regem Ferdinandum contra nos Hungarorum. Et vestra magnificentia omnium discordiarum fomes et causa efficiens, quod duxisti Ferdinandum regem Bohemie super Ioannem regem. Sic dicebat frater Georgius Petro Prini.

Petrus Priny sciens se ipsum, quod relacionem perfectam accepturus esset et cesarem Zotan Zelim aporpinquabat versus Budam, vere non multum tardavit, sed statim remigaverat citra Pesth.

Et cesar Turcarum quod Turcius sciens, quod Turcus Valentinus resideret in arce Buda, multas litteras deauratas scriptas eligebat sibi cum faventissima verba, quantum poterat sufferre mens sua: O domine miles Valentine Therek, tu es aput me valde famosus vir et honesta persona et fidelis domino tuo Ioanni regi. Quod si mihi consensis fideliter in ista via mea moderna, extunc tu eris gubernator Hungarie.

Quod sepiissime ei nuntiabat per cartas scriptas, confidebat apud cesarem Turcarum semifatuus et non recordabatur, quomodo percusserat quatragesima milia kancheres Turcarum iuxta Viennam. Et cesar semper ostendebat se quasi nesciens, atamen in corde felerebat. Quidem Valentinus Turcus nequaquam credebat cesaris et volebat extra Budam ire et nolebat ipsum spectare in Buda. Sed Stephanus Verbwchi cancellarius ipse seduxerat Valentinum Therek et dicebat: Longos quod sapientes raro vidi, domine Valentine, credas mihi. Quod ego fueram in legacionem aput cesarem Turcarum per regem Ioannem, ego descripsi naturam suam in intellectu mei, quod tam verum dicit et perfectus est in sermone sua, tanquam non minus est, sicut quattuor ewageliste, que scribunt verbum veritatis, sicut admodum, ipse quicquid dixerit aut scripserit, credendum est sibi firmiter. Hec dicens dominus cancellarius, sibi credidit Valentinus et sui milites, qui erant astuti in bellica arte, dicebant et consulebant eum tanquam dominum suorum.

Inde cives iam conspiranti erant ac in seductione compositi cum Germanis clam sew secrete, quod melius est nobis adhesisse Germanis, quamobrem christiani sunt. Inter se hec decreverant, ut nocte intromiterent Alemanos ad Budam. Fecerant cives Budenses

fedum cum Germanis, mox et ipsos confortare ceperunt ac consiliare, ut preparent sese tanquam ad pugnam cum armis bellicosius suis. Et parvam ianuam ex parte flui Ister adversus cimiterium beate virginis Marie, quod leviter poterant intrare. Hoc facto iam³² cum intrassent Germani ducenta armigeri in aurora in profesto Laurentii martiris, et iam in ecclesia et cimiterio pleni erant cum Germanis. Hoc erat maxima fatuitas, quod tacebant Germani et civ³³es, quod non audebant quicquid incipere contra arcensibus Budensibus. Quod sonuissent Germani arcensibus barronibus ac militibus, mox impetum fecerunt de arce Budensi contra Germanos, ita, quod Germani pre nimio terrore multi mortui fiebant absque, alios quidem, qui voluerant dimicare cum Hungaris, illos usque ad unum ad terram debellaverant, quod nullus premussebat intrare ad Budam. Hec ppractica viguit inter Hungaros magnates, quod civ³⁵es seducti Budenses fuissent et illos intra permisierant.

Inde prelatus iudex senciens se esse non bene stare, ut cras³⁶ mane de capitis suis privarentur, Petrus Zabo, qui erat principaliter iudex in cives iuratos Budenses, eadem nocte cum eo septem iuratos cives accipiens sese et exiluerant ad turmas Germanorum. Inde intelligentes de arce Buda, quod in exilium fecissent, circa³⁷ cum impetu rabido singilatim ad domus eorum fecerant et uxores ac filios eorum deducebant ad arcem Budensem et, quicquid invenerant vasa argenteas et aureas, totum inter se satrabi distribuierant.

66

Inde iam nemppe cesar presens erat in planicie Kelewen¹ felden.

Turcus Valentinus miles strenuus preparaverat sese cum hor²natissimis militibus famosis suis et studiosis et tanquam secundus Hector ad modum de Buda exivit ad pugnandum contra Germanos, ut ad dicta cesaris et promissionis sui demonstraret miliciam suam super Germanos. Quasi erat cum mille milites sub se et invaserat ad Germanos contra. Ita adeo erat totus tinctus ac rubrificatus cum sanguine christianorum de parte Germanorum et sic presumtuose ac occipite ceco presentaverat se cesari Zoltan Zelim. Et dixit Valentinus Therek: Ecce ego, cesar, combrobavi tibi miliciam ac fidelitatem meam erga maiestatem tuam cesaream. Et cesar cum vidisset in specie, quod esset virilis persona, et ibi cesar valde donaverat ipsum ac osculans eum ad modum eorum et sic ei relaxacionem in primis ostenderat benignitatis cesarie sue. Et iterum veniens cum magno triumpho ad Budam Valentinus Terek cum suis comitatibus et, quod apropinquasset cancellarium Stephanum Verbwch, ait ei Valentinus: Vere, pater mihi ac domine cancellarie, verum dixisti, quod cesar est perfectus ac graciosus et insuper me redonavit cum munere precioso, quam ad mille marcas contullit mihi. Vere deinceps servire sibi volo. Ait Steph⁴

nus Verbwchi: Tamen ego dicebam tibi, domine Valentine, iam crede mihi deinceps. Et cucurrit ad hospicium.

Inde, quod vidissent cesaris agmina Germanos esse lividos ac inbecilles fore eos ad bellicandum, mox invaserunt ad eos Turci. Illi dii erant, qui poterant ewadere de manibus eorum Izmaelitarum. Quos de ipsis poterant eciam Turci capere, et ipsi dii erant, quia magno precio vendebant venumdatoribus Ismahelitarum, quia multi venerant cum cesare Turcarum. Et multa eciam cada- vera in preliis per arma suarum ad terram prostraverunt, ita, quod, fratres charissimi, Ister fluius cum cadaveribus mortuorum hominum quod aqua fluctum magnum acceperat. Et aqua a fluitate sua steterat a stragibus, quemadmodum sub Troia ex parte Troianorum et ex parte Gregorum. Que cadebant corpora per arma, omnes in fluium proiciebant. Quidam autem ad rates multi festinabant et sub eorum rates obruebat et pre timore multi currebant ad aquam perterriti populi et mox submersi erant. Que nos de arce Buda tacito merore visionis nostre lamentabamur capellani in regione et clangor eorum ex utraque gentibus nubes tangebant, quia non ante incarnationem sub Troia non erat tot diversa gens, sicut sub Buda civitate, ut patet. Erat inprimis per se Scitica gens in arce Buda et secunda generacio Ismaelica, 3ia generacio Traciana gens, 4ta generacio Alemanica gens, quinta generacio Ispanica gens, sexta generacio Tartharica gens, septima generacio Boznensis, octava generacio Greca gens, 9wa generacio erat Arbanazi, decima generacio Persarum gens et sic et Hungari tantum per se.

Quod iam cessaretur inundatio prelia bellatorum, quia demum gens etnica prewaluerat Germanos et Hungaros ex utraque parte, et iam tribus diebus et tribus noctibus tranquillitatem habebant inter se, cesar postea fecit supra Budam castorem suum descendere in loco Siccambria extentis papilionibus. Iam ad reginam cum filio suo infante annale quasi angustiasset eciam Budam, atamen neminem Hungarum impediabant, sed iam tute morabant, ubi volebant. Cesar residuit in planices Logod, quasi sex tentoria erant expansa.

Et iam in arce magnates ac barrones nesciebant, quid velent. Iam oportebat cesaris graciaram actiones refferre. Ego dicebam fratri Georgio thesaurario, quod invitassent cesarem Turcarum ad prandium. Quod si consenserit venire ad arcem Budam ad convivium, extunc aut decem bombardas erigatis ad ianuam arcis vel ad ianuam porte civitatis, cumque intrare veniret et in medio ianue esset, ut mox adversus eum sint exassati. Quod si potestis eum prevalere, erit vobis Hungarorum magna laus in toto orbem terrarum. Quod si non venerit, mox sciatis fore ipsum felentem vos. Et frater Georgius hec consilium meum benedixit. Et fecerat frater Georgius inter se dominos unam conventiculam et ipsi domini barrones et nobiles non consenserunt ac nec presumere conabantur hoc facere. Ego dixi fratri Georgio et Petrovit: Ita debetis cogitare, quod ista via civitas Buda cum arce absolvi-

tur a manibus Hungarorum. Et ipsi dixerunt: Verum dicis, pater 20
Georgi, sed antequam, cum erant Germani sub Buda, equaliter cum
ipsis potuissemus aliquid facere, sed iam sumus omnino sub manu
cesaris Turcarum. Iam nostrum est supplicare ei, quid nobiscum
oportet ei facere.

Interdum inceperunt unum alterum erga eum destinare ad re- 21
ferendum sibi cum graciaram actione. Nullus presumit ire, nisi solus
monachus Georgius. Et equaliter optimates Hungarorum pol-
liciti cesaris, quod omni anno administrare faciunt sibi unam mil-
lionem et insuper quicquid necesse fuerit in regno suo. Et in re- 22
gno Hungarie sub potestate erit, extunc negligere non valebunt
contra eum. Et responsio hec erat a fratre Georgio ad cesarem Tur-
carum, sed cesar hec cum audiens dixit: Dobro, id est, bene. Et 23
relacionem hanc retullerat e converso cesar: Ecce ego volo cum
consiliariis meis me intelligere, quomodo vos me oportet relinquere
in statu bono. Ergo perge nunc ad Budam, quando ego nuntiabo 24
vobis, extunc nichilominus aliud fiat. Ibi Georgium renumerat cesar
Turcarum cum una pecia de purpureo nigro, ut dominum suum
Ioannem regem lugubraret.

Et monachus valde tremebat de ipso propter parvum sigil- 25
lum, sed cesar talis paganus, quod, si omnes consumerent unus
alterum Hungari, quid curaret de ipsis. Quia Turci solent tali stilo
uti, quod, si potest per dona sua gentem alienam seducere, hic
lucratus erit. Mox Turcus, si accipiet munus a manibus eorum, 26
postea iterum ad fidem tuam loquitur. Quod si dona spernis ip-
sius, mox cum fide sua sponndit te ad fratrem et sic de singu-
lis. Quod si cum eo bibis vel comes, de te amplius non timebit 27
et, si tu te ipsum ab omni remaneri observaveris, ab ipso time-
bit te et semper possis ipsum devincere, si observare te ipsum re-
tinebis, quia ipsi sunt naturaliter effeminati viri et formidi sunt
semper tanquam femine, quia intoxicant multos cum veneno vel cum
aliqua mazlak, aliquid comprobatur super te ad modum vetule et ad
modum fimant, sicut mulieres ad terram sedentes, et sunt mille
artiffices, non ergo eis debemus credere.

Et frater Georgius thesaurarius venit ad iterum ad Budam de 28
cesar Thurko, ita ad modum referaverat relacionem factam Turca-
rum cesaris, quomodo responsonem sibi obtullerat in vigilia vi-
gilie sancti Laurenti martiris a cesare. Unus Turcus venit cum tri- 29
bus Turcibus et in una ligatura portaverant precisas vestes super
in numero decem. Et Turcus erat centurio cesaris, dicebant. Et 30
cum hilari vultu ac cum favora verba sua omnes dominos renu-
meravit cum voce Turcarum cesaris. Unum unum singillatim dis-
tribuit et iterum extra ivit Turcus. In sabato die erat.

Et mane venit etiam Turcus iam in dominico die et ait do- 31
minis: Iam cesar vult equitare ad mansionem suam in regionem
Turcarum. Dixit Turcus precursor cesaris: Omnes veniat ad ce-
sarem, quotquot estis, preter reginam et infantem portaveritis so-
bolem regi Ioannis, quia hodie recessurus erit cesar ad patriam

suam. Et Turcus valde amplexabatur dominum Valentinum Therek et per interpretem multa swava verba sibi propinabat et dedit ei eciam vestem purpuream deaureatam et unam cristam valde bonam et hornatam.

Quod intellexisset Valentinus Terek, quod vlt cesar de Buda extra ire, erat valde cautus et dixit dominis: Audite, domini mei, non debemus omnes extra ire, quod est malum signum a cesare Turco, quod vlt omnes nos exire de Buda. Non licet neque decet, sed solus eat frater Georgius cum Stephano Verbuchi et nos quidem simus preparati ad pugnam contra cesarem. Si civitatem vlt occuppare, et usque ad mortem ne damus sibi. Atamen sumus adhuc plus quam duo milia hominum. Quod si vos ibitis, ego non. Hec audiens Stephanus Verbuch dixit adversum Valentinum: Ego miror super te, domine Valentine, quod adhuc dubites apud cesarem Turcarum. Nonne dixi magnificencie vestre, quod verba sunt tanquam ewangelium cesaris Turcarum. Quod si vestra m. neglerit nobiscum venire ad cesarem, statim cmnem gratiam suam erga nos et ipse affert. Et Valentinus dixit: Sciatis bene. Vobis nil fiet, hoc ego bene scio, sed mihi molestus erit. Petrovit dixit: Ne tereris. Nil iterum nos equaliter pro vestra magnificencia gratiam volumus inpetrare.

Valentinus cucurrit ad hospicium cum suis studiosis militibus. Dixit militibus suis: Ecce ego ibo ad cesarem cum dominis meis, sed nunquam ego redibo amplius ad Budam. Dixerunt nepotes sui milites: Ecce iam circuit nos ac angustiauit undique parte. Non possumus iam in armis cum aptis nostris militariis bellicis. Sed sunt hic in Buda cultores vinearum et uno accipiamus more suorum in vestibus induere vestram magnificenciam et ligonem super humerum tibi apponentes vel more unum putton. Et ad Pest per ianuam sancti Ioannis Baptiste potes extra ire. Valentinus Therek hec audiens consilium sui nepotis milite ait: Bene, inquit, erit.

Interim venit legatus Turcus ad Valentinum. Ait cum hilari vultu dixit: Iam domini magnates operant vestram magnificenciam solummodo. Et statim vestram magnificenciam cesar vlt remunerare, sicut tibi pollicitus est. Ait Valentinus: Iam volo ire. Et dixit militibus suis: Iam valete, fratres mei amantissimi. Et quidam ex eis lamentabantur eum: Ibis ab nobis, domine, et nos amplius non videbimus vestram magnificenciam. Et amplexati sunt quilibet eum milites et sic cum licencia accepturi ab eo relinquentes et liberos cum uxore sua precepit, quod sint tutores ac defensores eorum. Cumque extra Budam optimates Hungarorum et sedens Valentinus Turcus super equum suum validum et bonum, tanquam miles hornavit se. Et dixit militibus suis: Quod si possum cesarem extra portam suam papilionis, quod et ipse nunquam ibit amplius ad Turciam regni. Dixerunt milites sui: Amen. Utinam dat et concedat tibi Deus altissimus. Et quod viderunt iam civitates populi extra euntes illos de Buda, multi virgines et vidue et religiosi presagiabant, quod amplius non veniet Valentinus Therek ad Buda,

ad modum, sicut Ectori sua uxor Dromedenta, quando volebat extra ire semel extra Troiam contra Agamenonem, quia ipsa viderat in somnis, quod vir suus non redibit amplius ad urbem Troie. Sic Valentino presagiabant, sicut scriptum est iam.

Cumque extra ivissent per ianuam Logott, duxerant eos ad 47
unum tentorium magnum precursor Turcus et residens in solio,
quasi cesar fuisset. Mox cognovit Stephanus Verbwch ac cancel-
larius, quod non ille cesar. Nos iam ducti non bene sumus. Dixit 48
precursor Turcus: Non est ille cesar, sed iussit vobis, ut ali-
quantulum exspectetis, quia nunc venit de urbe Constantinapol.
precursor et illum vlt exaudiri. Et iussit cesar eis, ut exspectarent 49
in Veteri Buda in papilione sua. Quod audissent, mox capite in-
clinantes et cum dolore meroris inceperunt subaudire. Et Turcus
provisor eorum valde hylari wltu aliciebat Hungaros optimates, ut
ne dubitaret, quoniam Deus ordinabit, quomodo debet fieri. Et 50
perrexerunt ad Siccambriam. Nolle velle debet vobis ire, ad quo
iam cesar precipiet. Dixit Valentinus: Tamen ego dixi, quod sic
fiet. Noh, ve mihi et vobis nil fiet. Et ait Valentinus adhuc ad
Stephanum Verbwch: Tu es iam causa mee mortis. Dixit Step- 51
hanus Verbwchy: Ne timeas, quia litteras habeo cesaris in sinu meo,
quod si sentimus in fide sua periurum. Ait Valentinus: O Deus,
que me demencia cepit. Vere Buda est carior, quam cesaris carta.
Hoc dat mihi consilium, qui nunquam hastam suam contra hostem ad 52
facie direxisset neque in manu sua framea nuda extitisset ad furorem.

Ibi tribus diebus et tribus noctibus bibebant et comedebant 53
formido ieiunio. Valde aliciebant basse et alii vayvode, ut sint hi-
lari, ne curent.

In die dominico iussit cesar infantem extra arcem portare, 54
ut videret tanquam fratri sui Ioannis regis filium, sed regina Eli-
zabet permaneat in arce. Quod audisset nutrix pueri mulier, mox
fecit clam conscribere unam suplicacionem cum querimoniis di-
versis, quod puerum nutrisset plus quam ad integrum et non de-
disset pro ea expensas ad lactinia pro puero. Quod sola mendi- 55
cavi in coquina comestionem et potum sic mendicavi et rogabam
aliquod predium unam villulam ad sustentacionem pueri, negle-
xerunt dare. Et ista suplicacio cum querimoniis erat intro ligata et 56
nutrix in cremio infantis apposuerat. Et cesar videns illam scedu-
lam mox arripiens de businu pueri et fecit cesar perlegere. Et ad
modum, quod interpretassent sibi, mox infantem accipiens in wlnas
suas et amplexavit infantem et munera obtullit ei, videlicet, ad ma-
nus pueri unum de auro sculptum fulgido parvum baculum. Et 57
dixit: Ecce, filii mi fratri Ioannis regis, tibi dedit vel tradidi ba-
culum pastorale camporum et montibus ac vallibus, ut possis digne
et competenter regere ac inperare cum dicione tua regiestatis re-
gnicolis tuis. Et dedit rursus infantem ad nutricem in manus eius 58
et nutrici dedit centum aureos in florenos, ut cum hoc foveat in-
fantem fratris mei Ioannis regis. Deinceps plus dabo, solumodo
mihi suplicabis. Et portavit ad arcem puerum nutrix.

